



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Liber LIX. Religio Societatis Iesv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

LIBER LIX.

RELIGIO SOCIETATIS IESV.

POSTQVAM ea, quæ cunctis Religionibus sunt communia expressi, Societatis Iesu Alumnus non potui non plura, quæ ad eius institutum speciatim pertinent, explicare. De nouitiatu igitur, de votis simplicibus, de professione, aliisque Iesuitarum obligationibus Tractatum institui.

SECTIO PRIMA.

De Societatis Iesu Religione, eiusque obligationibus receptiores sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

De iis, qui ab ingressu in Societatem ob substantialia, & accidentaria præscripta in constitutione impedimenta excluduntur.

inde requiritur, vt interius, & exterius fidem abnegauerit. Ex societatis constit. Certe non quodcumque schisma hoc impedimentum inducit, sed schisma inducens excommunicationem infamem, quod non contingit, nisi cum personaliter, & non more rationis excommunicatus quis esset, vt in p. 1. constit. c. 3. in glossa annotatur.

Secundum impedimentum est, homicidium aliquo tempore perpetrasse, vel publice infamem propter enormia peccata fuisse. Non comprehenditur homicidium in propria defensione factum. Quia nec irregularitatem inducit, nec sacri ministerij impedit vsum. Nec homicidium publica ex auctoritate perfectum. Quia homicidium in rigore non interfecionem licitam, sed illicitam significat, D. Thom. 2. 2. question. 100. artic. 68. Et quia S. Ignatius in hoc secundo impedimento, sicut in primo loquebatur de delictis, ibi. Propter enormia peccata, & expressit homicidium ob eius gravitatem. Igitur de homicidio peccaminoso constitutio intelligitur. Palao tom. 3. d. 1. de statu Relig. punct. 8. §. prim. numero 10. mandantem verò, vel consentientem homicidium minimè comprehendit reor. Quia cum constitutio de consentiente, aut mandante nihil dixerit, non de perpetrante homicidium morale, sed physicum est intelligenda.

Tertium est, assumpsisse Religionis habitum, vel Eremitam cum vestitu Monachali fuisse. Vnde qui gestaret habitum huiusmodi etiam per vnicum diem animo illam vitam proficendi, impeditus esset. Gloss. cap. 3. fuisse serio const. p. 1. lit. E. Additum fuit cap. secund. Extra. alterius min. pro maiori declaratione, habitum alicuius Religionis Fratrum, & clericorum, habitum.

S 4

vt

¹ Quinque sunt substantialia impedimenta que annullant ingressum. **Q**UINQUE substantialia impedimenta ad Societatis ingressum Cap. 2. Exam. gener. & p. prim. constit. c. 3. annumerantur. Substantialiaque dicuntur, quia quodlibet illorum ita in Societatem ingressum impedit, vt contra attemptatum prorsus irritet, & annullet. Quia p. 1. constit. citata dicitur. Omnino excludunt. dictio enim Omnino non solum illicitum, sed & inualidum denotat ingressum. Sanchez l. 3. Decalog. cap. 4. num. 60. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 2. c. 1. §. n. 17.

² Primum impedimentum est, recessisse à Sanctæ Ecclesiæ gremio, quod quatuor partes continet. Prima est, recessisse fidem abnegatum, ab Ec. gando. Secunda, recessisse in errores contra Ec. fidem incurrendo, vt damnatus ob aliquam hæresim recessisse hæreticam propositionem quis fuerit. Tertia, si vt hæresis suspectus per sententiam publicam sit declaratus. Quarta, si infamis per excommunicationem tanquam schismaticus, sprete Sanctæ Ecclesiæ auctoritate extiterit. Abnegatio fidei debet esse perfecta, ac pro-

ut inueneretur, debere in alia Religione à Societate habitum esse susceptum: & præterea fuisse habitum Religionis Equitum D. Iacobi, Calatravae, Alcantarae, &c. Ioannis impedimentum non præstare, quia non est Religio Clericorum, nec Fratrum communiter viventium. Esset tamen impedimentum si habitum Clericorum horum Ordinum assumpsisset, quia hi propriè & in rigore sunt Clerici Religiosi. Suarius t. 4. de Relig. tr. 10. l. 2. c. 1. n. 16.

⁵ Quartum est, vinculum matrimonij, vel legitimæ seruitutis, solum matrimonium consummatum hoc impedimentum adducit. Quod cessabit, si diuortium, vel si coniux licentiam dederit, seruitutis iuris circumstantiis, nempe alterius coniugis in Religionem ingressus, si iuuenis sit, vel periculum habere incontinentiæ: si vero senex sit, & absque periculo incontinentiæ, voti castitatis emissio. Vnde si solum ex coniugis licentia quis societatem ingrederetur, his circumstantiis non asseruatis, nullus esset ingressus quia non seruat conditionem sub qua cessat impedimentum. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. lib. secund. cap. prim. numer. 22. De vinculo seruitutis monuerunt, dominum concedere posse seruo licentiam ingrediendi Religionem, & eo ipso impedimentum cessare.

⁶ Quintum denique est pati iudicij defectum, vel ad id notabilem præ se ferre dispositionem. Quod si de hoc defectu dubium existat, Medicorum consilio, accedente Praepositi Generalis assensu est decidendum. Palao tom. tertio dict. prim. de statu Relig. pun. 8. §. 1. n. 24.

⁷ Alia annotantur à D. Ignatio p. 1. constit. cap. 3. impedimenta, quæ secundaria, seu accidentaria nuncupantur: & licet quem à Societatis ingressu non excludant, reddunt tamen minus idoneum. Hæc sunt, quoad interiorem hominem attinent: Primo, passiones vel affectus, qui comprimere difficile possent videantur: vel peccatorum habitus, de quibus non magna emendatio speretur. Secundò, intentio minus recta, quam par esset ad Religionis ingressum, ut quæ cum humano aliquo fine esset admixta. Tertio inconstancia seu remissio animi notabilis, ex qua quis minus utilis futurus credatur ad munera Societatis obedienda. Quartò, indiscertere deuotiones, quæ in causa esse assolent, ut in illusiones, & non exigui momenti errores quis inieciat. Quintò, litterarum ignorantia, vel ingenij, aut memoriæ defectus ad eas addiscendas, vel magis ad explicandum. Sextò, iudicij defectus, vel notabilis in proprio sensu obduratio, quæ omnibus Congregationibus multum assolet negotij facessere. Verum quoad exteriorem hominem secundaria impedimenta sunt: Primò, defectus in corporis integritate, morbus, debilitas, vel notabilis deformitas. Secundò, ætas valde tenera, vel plus satis præuocata. Tertio, as alienum, vel ciuiles obligationes. p. 1. constit. c. 3.

⁸ Hæc impedimentis secundariis alia duo reuera addidit ad Societatem in Congregatione generalis. Primum est, ne ingressus Societatis ex infesto sanguine Iudæorum, & Sacraceno-

rum procedat. Congregat. 5. can. 3. Postea in Congregat. 6. hoc decretum fuit temperatum, ut solum quoad quintam generationem, informatio delinatur. Secundum est, Maioratus Hispanus. Vnde iure maioratus gaudens in Hispania, nisi habita facultate à R. admodum Generali Praeposito, non recipitur. Et hic debet esse iis donis ornatus, ut ipem magnam exhibeat se post biennium probationis fore talem, qualem nostræ constitutiones requirunt, ut ad triam votorum professionem queat admitti. Porro ad huiusmodi professionem admittitur, nisi qualitas maioratus eiusmodi sit, ut promotio ad sacrum Ordinem firmitati illius abdicacionis sit satis: tunc enim non professio, sed ordinatio procuranda erit. Intellegenda autem est constitutio de maioratu siue Regia facultate, siue propria fundatoris sit instituta, quia verè ac propriè, cõmunique acceptione maioratus est leg. 4. 5. Tauri, quæ hodie est lex 4. titul. sept. m. l. 5. compil. b. Et quæ hincere aliqui maioratus go, conque sea con authoritad gnestra. Supponit ergo lex, siue facultate Regia verum maioratum institui posse. Gregor. Lopez Leg. 2. tit. 15. parte secund. gloss. 1. Molina de primog. l. 1. cap. 1. m. 25.

Porro si quis aliquo ex præfatis impedimentis secundariis affectus, Societatem ingre-

diatur receptus ab eo, qui potestatem non recipit habet in illis dispensandi, nulla erit receptio, illam qui sine recipienti manifestetur impedimentum, aliquo ex siue non, quia est receptio facta ab eo, qui his impedimentis nullam recipiendi facultate fruitur. Nam in Societate illi superiores, qui potestatem habent affertum recipiendi nonitis ad probationem, habent dispensam potestatem in his secundariis impedimentis non fuerit dispensandi: & è contra p. 1. constit. c. 3. lit. H.

Provincialis potest in his impedimentis secundariis dispensare, si tamen excipias impedimentum deformitatis & notabilis defectus in his etus qualem Eunuchi habent, & ætatis teneræ, vel prouocata, & matrimonij ratigeneris infestis, & maioratus. Regula Provincialis exceptis. 35. & 36.



CAPVT II.

De Societatis Iesu Notuitu.

NVLLES infra decimum quartum ætatis annum potest ad probationem recipi. Et licet Praepositus Generalis valeat aliquem nondum completam pubertatem sub regimine nonitorum admittere, sicuti possunt aliorum Ordinum Praelati impuberes inducere habitum Regiarum, quoniam quæ pubertatem compleat verus nonitius non est, nec verum nonitiatum vtilem professioni, seu incorporationi cõstituit. Quia in hac parte nullum speciale privilegium Societas contra ius commune obtinet, neque habere expediebat. Sanchez lib. 5. De ord. 4. n. 22.

Præter

12 *Duplex probationis annus le- fuit pra- scribitur.* Præter annum probationis, integrum eui- dem, qui communiter canctis Ordinibus in- dicitur, alius annus à Societate adiicitur *exam. cap. 1. § 11. concessus sanè à Paulo IV. Julio II. & Gregor. X III. in sua consis- Ascendente Domino. ubi dicit, hanc longam probationem in Societate statutam fuisse, quia eius ministeria viros diu probatos, & in solidis virtutibus fundatos requirunt.*

13 *Potest R. P. Generalis admittit ad vota Scholasticorum, vel Coadiutorum Novitium hand expleto biennio, ta- meti ea admissio esset illicita, quia constitu- tion. p. 5. cap. 1. lit. C. biennium Præposito Ge- nerali contrahere, in sta intercedente causa permittitur. At in decreto 9. & 50. Congreg. 5. hæc potestas non admittit, sed solum vius prohibetur. Expresse enim decreto illo 9. in- quit Congregatio, se non intendere eam fa- cultatem Præposito Generali abrogare, sed solummodo facultatis usum prohibere, unde si de facto ante expletum biennium Novitium admittit ad vota scholasticorum, vel Coadiutorum, valde admittit, sed illicite fa- ciat. Lege Ferdinandum à Castro to. 3. d. 1. de statu Relig. p. 11. 14. n. 5.*

redduntur ex æquitate, quamvis ex iustitia fiat in fau- rem Societatis. Verum si post biennij rem Socie- vota dimittitur, solum debet Societas pro rata.

qualitate, ac quantitate receptæ donationis alimenta renunciandi præbere, dum egenus est, & aliunde non habet, unde sustentetur: alioquin ob ingratitudinem renunciens do- nationem poterit revocare. Ex Sodi de ali- ment. tit. primo quæstion. 48. doctrina anno- tat Sanchez l. septimo Decal. capit. primo numero 39. Idem colligo ex Snario tomo 4. de Relig. tract. 8. l. tertio capit. 14. numero 22. & 23.

At si renunciatio facta sit extra consti- tutionum normam, nempe in consanguineos, & amicos non egentes, aliave opera facta sit profana, crediderim probabiliter, non pro- cedere ex animo, ut firma sit, professione non sequuta, quia non apparet specialis ra- tio hunc animum absolute donationis potius in Societate, quam in aliis Religionibus præsumendi. Sanchez l. septimo. Decal. capit. primo numero 37. & 38. Additque vo- tis biennij hanc donationem non confir- mari.

Certum verò est, prohibitionem, & an- nullationem renunciationis factam à Triden- tino sess. 25. capit. 16. & solemnitate ibi- dem requisitam pro renunciatione intra bi- mestre professioni proximum non habere de iuri in locum in renunciationibus Iesuitarum iuxta Iesuite eorum institutum factis, cum expresse Con- cilio eos exceperit dicens: Per hac tamen tione.

non intendit sancta Synodus aliquid innovare, aut prohibere, quin Religio Clericorum So- cietatis Iesu iuxta eorum institutum pium à sancta Sede Apostolica approbaturum Domino, & eius Ecclesie inferre possit. Ex quo fit, quocumque novitatus tempore, & absque licentia Ordinarij Novitios Societatis suis bo- nis cedere posse. Manuel. tomo secund. 99. Regul. quæstion. 47. a. ult. S. v. Religio, numero quint. Molina tomo primo d. 139. Lessius l. secund. capit. 42. dub. quart. nu- mer. 41. Sanchez l. sept. Decal. capit. 5. numero 9. Barbosa p. tertia de potest. Episc. allegat. 99. fine.

Facta vero hac renunciatione in fauorem Societatis, potest Societas ea bona capere, ac retinere, quia Concilium approbat renun- ciationem, & donationem quamlibet factam à Novitiis Societatis iuxta pium eius institu- tum. Ergo approbat donationem, ac renun- ciationem factam in fauorem Societatis ut- pote eius conformem instituto. At ex hac ap- probatione manifestè fit, bona renunciata Societati tradi posse, & debere, cum sit re- nunciatio absoluta, & absque vlla recupera- tionis spe. ergo Societas potest, ea bona capere ac retinere. Sanchez l. 7. Decal. cap. 5. num. 11.

CAPVT III.

De dispositione bonorum, re- nunciatione ve eorum à Societatis Novitio faciendâ.

14 *Fit renun- ciatio abso- lute & in- dependen- ter à perse- nerantia.* **V**OTIES renunciatio fit à Novitio Societatis (& fortiori ab iis, qui vota Scholasticorum emisserunt) in panperes, operave pia, fit absolute, & inde- pendentè à persenerantia in Societate: ac proinde si ante votorum emissionem, vel post ante professionem, à Societate dimittit- tur, nulla debent ei bona restitui, quia Novitius, vel Religiosus Societatis de suis bonis in pia opera disponens, præsumitur, eam intentionem in sua dispositione habere, quam Societatis constitutiones præscribunt, semper enim quis præsumitur operari conformiter ad sui status regulas, & obligationes. At Societatis regulæ præscribunt, renunciationem fieri independentè à conditione professionis, seu votorum emissionem, siquidem præscri- bunt eroganda panperibus vel in alia pia opera iuxta propriam cuiusque devotionem diuidenda, omnem à se fiduciam submouen- do eadem vilo tempore recuperandi. Exam. gener. cap. 4. & p. 3. consis. cap. 1. num. 7. & 25. & p. 4. cap. 4. lit. E. Molina tom. 1. de inst. d. 19. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 3. cap. 14. num. 22. & tract. 10. l. 4. cap. 4. m. 19. Sanchez l. 7. Decal. c. 1. m. 24.

15 *Quid si re- nunciatio* Profecto si renunciatio facta sit in fauorem Societatis tempore novitatus, & ante vota biennij Novitius dimittitur, omnia ei

CAPVT IV.

De obligatione ingrediendi
Societatem tribus sub-
stantialibus votis
annexa.

¹⁹ **V**otis simplicibus annexa ingrediendi Societatem promissio, quae fit diuina Maestati, vt constat ex formula, qua emittitur. Ita declarat Congreg. 5. Generalis decreto 3. & can. 2.

²⁰ **H**uius voti materia. Huius voti materia est, professionem, vel vota Coadiutorum formatorum emittere, prout placuerit Societati. Obligat ergo se hoc votum emittens, ad acceptandum gradum professorum, vel Coadiutorum formatorum, prout Praeposito Generali ad maius Dei obsequium fore videbitur. *Exam. cap. 7. §. 1. & 5. Congreg. gener. 5. decr. 3. can. 2.* Profecto materia haec digna est voto, quia gradus Professorum, & Coadiutorum formatorum perfectior est, quam gradus Scholaris, & Coadiutoris non formati.

²¹ **Q**uies superior designat Scholarium, aut Coadiutorem non formatum gradum absolute & efficaci voluntate, teneri eum ex vi signat absolute quartum illius voti acceptare, quia eo ipso impletur conditio sub qua votum fuit emissum ex vi voti. At si conditione tantum gradus offeratur, vt contingit, cum gradus offertur vt gratia, ac beneficium religionis, quod subditis praestatur, haud erit transgressor voti eum gradum non admittens, quia non ei absolute offertur, sed sub imbibita conditione, si gratus ei fuerit. Palao tomo 3. q. quint. de statu Relig. punct. 1. num. 4.

CAPVT V.

De obligatione specialis cura
in puerorum eruditione
Professibus, ac Coadiuto-
ribus formatis
annexa.

²² **M**ateria huius obligationis. Professores, ac Coadiutores spirituales formati, cum sua vota emittunt, expriment se vovere obedientiam specialiter circa puerorum eruditionem, ma-

teria huius obligationis est puerorum (sub quibus rudes homines comprehenduntur) eruditio tum in iis, quae ad fidem pertinent, eos in doctrina Christiana, & mysticis diuinis instruendo; tum in iis, quae ad mores continent incitando ad praecceptorum obedientiam, & ad pietatis, Religionisque officia. Hanc itaque curam vovunt Professores, & Coadiutores spirituales formati si a Superioribus per virtutem obedientiae illis mandata sit. Sic in formula *Et secundum eam* (scilicet obedientiam) peculiarem curam circa puerorum eruditionem. Vnde seculo obedientiae praeccepto, nulla est illis huiusmodi eruditionis obligatio.

In huius autem ministerij promotionem, & obseruationem cauetur, vt quilibet professor quadraginta diebus huius eruditioni in-
²³ combat. *Cong. gener. 2. decr. 48. ibi: Quibus ta diebus professus quatuor, vel trium votorum, quibus huius eruditionem coadiutor spiritualis formati post editionem, tam professionem, vel vota simplicia intra annum per quadraginta dies continuis, vel interpolatos doctrinam Christianam pueris, atque rudes personas docere teneantur.* Teneantur quidem sub voto, si eis sub obedientiae virtute praecceptum specialius solum ex regula, & instituto ad peccatum non obligent.

Praeterea Rectoribus cum primum officium suscipiant iniungit D. Ignatius p. quatuor. *Idem Re. Const. cap. 10. §. 10. vt per quadraginta dies doctrinam Christianam legant, aut doceant: cum officium legant, inquam, & doceant per se. Si tamen suscipiunt, continere non videbuntur ad adificationem, imperant, vel ob aliam causam sufficientem, vt Rector ipse legat, cum Provinciali communicata, si eundem ille sententiae fuerit per alium illud munus obire poterit.*

CAPVT VI.

De quarto Professorum voto
circa specialem summo
Pontifici obedientiam.

PROFESSI Societatis Iesu, qui quatuor votorum vocantur, vltra De Professura tria vota solemniter paupertatis, castitatis, & obedientiae emittunt aliud quartum etiam solemniter obediendi summo Pontifici in missionibus peragendis ad animarum salutem. *Const. p. 5. cap. 3. §. 3.* Hac vero forma emittitur: *Insuper promitto specialem obedientiam summo Pontifici circa missiones, prout in litteris Apostolicis, & constitutionibus continetur.* Ex vi huius voti tenentur Professores exequi quicquid circa hoc Pontifex Romanus imperauerit, sine ulla tergiversatione, ad quascunque provincias eos immiserit, suas mittat ad Turcas, ad Indos, ad aliae Infidelium regiones. Lege Bullam Iulij III. nostrum institutum confirmantem: & Bullam Gregorij

Sect. II. de Societ. Iesu Recept. Sent. 215

gorij XIII. incipientem, *Quanto fructu-*

26 *Huius quartii voti materia.* Materia itaque huius voti est summo Præfati obedire in missionibus peragendis, v.g. orbis plagas iusserit, ibique commorari, & ministeria spiritualia iuxta Societatis morem in animarum salutem exercere Pontificis arbitrio, quia hæc omnia sub *Missione* continentur. Quæ debent præstari nulla *tergiversatione*, & *excusatione* apposita, id est, quæ frivola sit, & inanis; sed de excusatione iusta, & legitima, hanc enim Superiori proponere & menti Pontificis, & Societatis constitutionibus est conforme. Suar. *tomo 4. de Relig. tract. 10. l. 6. cap. 4. num. 11.* Sanchez *l. 6. Decal. cap. 18. num. 6.* Præterea hæc præstare debent nullo viatico petito, subsidiove expectato, tum pro itinere peragendo, tum pro ibi commorando. Solum enim permittitur Pontifici repræsentare, quæ sitipius mens de modo itineris gerendi, & ibidem quò mittitur manendi: num ex Eleemolynis propter Christi amorem emendicatis, an alio modo vivendo. Porro ad hæc præstanda ex obligatione hoc votum necessarium fuit, quia reliqui Christi fideles, & Religiosi aliorum Ordinum, & Societatis non professi, obligari nequeunt à Pontifice, vt in remotissimas mundi partes proficiscantur, ibique commorentur, nisi communi Ecclesiæ bono maximè expediret: neque tunc obligantur ex voto, sed ex subiectione, quam debent Pontifici tanquam vniuersalis Ecclesiæ capiti, ac Christi domini Vicario. Palao *1. 3. d. 5. pun. 4. numer. 30.*

27 *Votum hoc quartum solemne est.* *Ascendente*, ibi: Tribus illis substantialibus votis solemnibus quartum similiter solemne addunt speciale in nomen pontificis obedientie circa missiones præstari. Verum solemnitatis huius voti in eo consistit, quod medio illo se Religiosis tradit in dominium, & potestatem Pontificis in ordine ad missiones peragendas; ita vt in ordine ad hunc finem iam non sit sui iuris, sed Religiosis, & Pontificis. Quod adeo est verum, vt si Religiosus, emissio hoc voto, vellet de se aliter disponere, infirma esset dispositio, ac peccaret non solum contra Religionem, sed & contra iustitiam ob ius à summo Præfate acquisitum. Quæ in voto simplici obedientia non procedunt. Suar. *tomo 4. de Relig. tract. 10. l. 6. cap. 4. quart. num. 18. & 39.*

28 *Quando sub gravi culpa teneatur Professus quatuor votorum, obedire circa missiones.* Demum vt innoteat quando Professus noster sub gravi culpa teneatur obedire Pontifici, vel Præposito Generali nomine ipsius iniungenti missiones, affirmo, quoties in nomine Iesu Christi, seu virtute obedientie præceperit. Quoniam enim suam voluntatem his verbis, vel æquivalentibus explicet, non censetur velle præceptum imponere, & gravem obligationem inducere, quia censendus est præceptum imponere modo Societati accommodato. At in Societate *p. 6. Const. cal. vit.* cautum est, non esse censendam præceptum, nisi præfatis verbis impositio fiat. Eigo quovisq. Pontifex suam declarat volun-

tatem, obligationem gravem non inducit. Suar. *tomo 4. de Relig. tract. 10. l. 6. c. 4. n. 36.*



CAPVT VII.

De obligatione Professus quatuor aut trium votorum circa paupertatem non relaxandam.

29 *Votum hoc explicatur.* R IVM & quatuor votorum solem-nium Professus Societatis statim post emissam Professionem in Ecclesia coram domesticis, ac externis ad Sacristiam accedunt, ibique quinque vota simplicia emittunt, quorum meminit Gregor. XIII. in *Bulla Ascendente Domino*. Votum primum est de non relaxanda Societatis paupertate. Finis quidem, qui D. Ignatium movit ad huiusmodi votum præscribendum, fuit, vt Societas in suo primario sermone conseruaretur, asseruit namque *p. 10. Const. 8. 5.* paupertatem murum esse, ac propugnaculum aduersus demonis insidias.

30 *Huius voti materia.* Materia autem voti distincta est à materia voti solemnis paupertatis, quia alias non essent vota distincta. Nam materia voti paupertatis prohibita est vsus cuiusvis rei temporalis tanquam propria stante lege, ac consuetudine prohibente sub voto prædictum vsu. At materia voti non relaxandi paupertatem est non alterandi, nec immutandi prædictam legem. Hoc votum est negatiuum; negat enim omnem actionem, & consensum pro paupertate in constitutionibus ordinata immutanda. Proinde facies illi satis nihil agendo. Prohibet equidem in primis assensum siue consensum, siue decisionem de immutanda paupertate præstare in conuento totius Societatis congregatæ. Deinde prohibet quamlibet procuracionem, diligentiam, ac positium fauorem ad dictam immutationem obtinendam. Ex Suario ac Thoma Sanchez.

31 *Transgressio huius voti gravis.* Cæterum de qualitate obligationis voti huiusce certum mihi votum hoc gravem inducere obligationem, quia materia grauissima est, vt pote Religionis conseruationi maximè necessaria. Vnde cum Palao *tomo 3. d. quint. punct. 4. num. 7.* existimo, non solum suffragium decisionum in Congregatione pro relaxanda paupertate, sed quamcumque illius procuracionem lethale peccatum aduersus hoc votum simplex existere.

CAPVT

CAPT VIII.

De voto simplici non ambiendi Pralationem intra Societatem.

32
Votum secundum, de non ambiendo intra Societatem Pralationem.

VOTUM secundum, quod Profelli in Societate emittunt, est de non ambienda pralatione vlla, vel dignitate in Societate. Est hoc votum licitum, ac sanctum nemini potest esse dabilem, cum sapè à sede Apostolica sit approbatum, speciatim à Gregorio XIII. in Bulla, *Ascendente*. Certe Societati est convenientissimum, cum hac via prcluditur aditus ambitioni, contentiones, invidiæ, dissensiones, calumniæ aliæque huius generis mala vitantur, & felix Societatis asseruatur status, sunt quidem hæ rationes quæ D. Ignatium adduxere ad huius voti, præscriptionem. p. 10. *conf. §. 6.*

33
Huius voti materia.

Huius voti materia est negatiua, nempe non agere, nec prætere de etiam indirectè aliquam in societate pralationem, vel dignitatem. Vnde huic voto professus satisfaciet, dum non agit, nec præterit: ametsi desideret, appetatque dignitatem, obligari enim voto ad non desiderandum, vel appetendum interius dignitatem, conueniens non erat, quia multis scrupulis, & conscientiæ anxietatibus esset expositum. Vas. l. 2. q. 7. a. 8. d. 11. §. 6. 3. *fine*. Suar. 10. 4. de Relig. tr. 10. l. 6. c. 7. n. 9. Sanch. l. 6. *Decal. c. 18. n. 18.*

34
Quid nomine pralationis, & dignitatis intelligatur, explicat Congregatio 7. decreto 44. alias 37. & 38. aliter nomine dignitatis & pralationis idem in societate significari: ac prouide vult intelligenda dignitas & pralatio ordinaria, ac delegata. Ordinaria dignitas est est Generalis, provincialis, Præpositi, & Rectoris. Delegata Commissarij, Visitatoris, Vice-Generis, Vice-provincialis, Vice-Præpositi, & Vice-rectoris. Sanch. l. 6. *Decal. c. 18. n. 25.* Vnde infero, non esse contra hoc votum prætere de esse Procuratorem, esse Assistentem, Ministrum, prædicatorem, Lectorem Theologiæ, quia hæc omnia officia sunt, non dignitas, neque pralatio. Suar. 10. 4. de Relig. tr. 10. l. 6. c. 7. n. 14. Qui quidem de officio procuratoris satis inclinatur, sub voto debere comprehendere ob potestatem quâ suscepit societatem gubernandi, & Generalem eligendi. Cui quidem assentior.

35
Pena huius voti transgressoribus præscripta.

Potè huius voti transgressoribus imposita est pena inhabilitatis, & incapacitatis ad quamcumque pralationem. *Conf. p. 10. §. 6.* Vt autem pena hæc locum habeat, opus est sententiæ s. klem declaratoriæ iustitias, quæ sine probatione manifesta dari non potest. Denum qualiter ambitionis Generalatus probatio agenda sit à *conf. p. 8. c. 6. §. 2. tra. di. ur.*

CAPVT IX.

De voto nullam pralationem aut dignitatem extra Societatem procurandi, acceptandive illam, quin à summo Præsule obligentur.

VOTUM tertium, quod Profelli emittunt, est non procurandi vlla pralationem, aut dignitatem, extra societatem, neque illam acceptandi, nisi ex præcepto teneantur. Vt scilicet vniquique animarum saluti iuxta nostræ professionis humilitatem, & submissionem interuiat. Et ne societas eis vitis, qui ad propositum sibi finem sunt ei necessarij, priuetur. *Conf. p. 10. §. 6. & Bulla Gregor. XIII. Ascendente.*

Materia huius voti est exclusio cuiuscumque negotiationis circa dignitatem, seu pralationem extra societatem, etiam si ea pretentio non finem vanum, sed aliàs honestum haberet. Deinde est negatio liberæ & spontaneæ acceptationis dignitatis oblatæ. Ea enim repugnantia non euacuat perfectionem obedientiæ, sed perficit. Gregor. relatus in Cap Sciendum 8. q. 1. Si obedientie (inquit) palmarum apprehendere veraciter nitimur, prosperis huius sæculi ex sola inssione, aduersis etiam ex deuotione militamus.

Pralationis nomine Episcopatus, Abbatia, Prioratus, Vicariatus Episcopij, & quelibet alia dignitas iurisdictionem habens intelligitur, sub dignitatis vocabulo non solum dignitatis Cardinalatus, sed quilibet dignitas tam Ecclesiæ Cathedralis, tum Collegiatæ, licet iurisdictionem non habeat, comprehenditur. Palao p. 3. d. 5. de statu Relig. punct. quinto numero secundum.

Contra votum hoc delinquentibus nulla specialis pena ipso iure præscribitur, sicuti in aliis votibus pralationem intra societatem, quia hoc crimen magis priuatum est, nec ita delinquenti Religioni nocet. Vnde indicatum fuit satis præscribi esse, penam superiorum arbitrio remittendam. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. lib. 6. 7. num. 16.

CAPVT X.

De voto ambientes pralationem manifestandi.

VARTVM votum simplex à professis emissum est de denuntiandis societatibus, vel eius præposito, vel extra votum finem societatem plex.

Secl. II. de Societ Iesu Recept. Sent. 217

Societatem Congr. tertia gener. decre. 34. alias 46. Approbatum a Gregor. XIII. in Bulla Ascendente.

41 Materia huius voti est denunciatio non solum quæ alias est obligatoria ex iustitia, vel Charitate: sed etiam illa, cuius nulla est obligatio: honeste tamen & vtiliter fieri potest, quia votum generaliter absque vlla restrictione emittitur, unde quamlibet denunciationem honeste faciendam comprehendere debet.

42 Delictum non emendatum quoad eius effectum denunciare professus tenetur, licet emendatum sit, quoad culpam. potest enim contingere, quod aliquis prælationem ambierit, & de ea penitentiam egerit, attamen effectus ambitionis emendatus non fit, sed tñ in pendent, efficaciterque electorem mōens ad electionem. Eo casu iudico obligatum esse denunciare, quia ille ambitiosus in virtute & in effectu, molitur, agit, & procurat prælationem. Et quia finis, ob quem votum iniungitur, nempe ne dignitates ambitione obtineantur, integer perseverat. Suar. tomo quart. de Relig. tract. 10. l. sext. capit. 10. numero 17. Sanchez l. 6. Decal. c. 18. num. 60.

43 Vt à denunciatione quis excusetur, constare ei certo debet, delictum tam quoad culpam, quam quoad effectum esse emendatum. Si dubius est, denunciare tenetur, quia votum est certum, certaque eius obligatio, quam ob dubiam exculationem hand potest quoad effectum excutere. Sanchez l. sext. Decal. capit. 18. num. 60. fine.

44 Necessario requiritur certa delicti notitia ad denunciandi obligationem: tamen si aliquando expedit suspensionem delicti superioris vt Patri manifestare, vt ipse diligentius ad damna præcauenda inuigilet. Et vt ab eo tollat suspensionem, si firmo fundamento caret. Suar. tomo quart. de Relig. tract. 10. l. 6. capit. 10. numero 11. Sanchez l. 6. Decal. c. 18. num. 55.

45 Opus non est, delictum esse publicum, vt quis ex vi huius voti denunciare teneatur, quia cum denunciatio hæc non tam ordinetur ad puniendum delictum, quam ad corrigendum delinquentem, & bono communi consulendum: publicatione non indiget, sed qualibet certitudine morali contenta est. Suar. l. 4. de Relig. tract. 10. l. 6. c. 10. numero 12. & 23. Sanchez l. sext. Decal. capit. 18. numero 56.

46 Ex obligatione voti non tenetur Professus correctionem fraternam præmittere, quia solum vult denunciare, non tamen correctionem denunciationi præmittere. Neque regulariter ex Charitate tenetur, quia est delictum cedens in detrimentum communitalis, raroque per secretam monitionem impeditur. Suar. tomo quart. de Relig. tract. 10. l. sext. capit. 10. numero 32. & 33. Verum ex voto non impeditur quin correctionem fraternam, si velit, præmittat, quia non vult denunciare, nulla correctione præmissa. Neque ex eo quod præmittat correctionem à voti executione impeditur: cum possit, de linquente plenè non emendato, denunciare. Esch. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

tionem agere. Expectare vero hanc materiam mutationem ex correctione & Charitate proximi consentaneum est, nec voto contrarium. Suar. ibid. 31.



CAPVT XI.

De voto audiendi Prapostiti Generalis consilium, idque exequendi, si Professus in Episcopum assumatur.

Oportet quantum Professi est, non detrectandi consilia Prapostiti Generalis, vel ab eo substituti audire, eaque exequi, si meliora, & Deo gratiora indicauerit, si forte fuerit alicuius Ecclesiæ electus in Præfulem. Congregat. prima & tertia. Huius voti finis est, vt propriæ ille salutis consulat, & recte sese in muneris sibi impositi administratione exerat.

Materia est duplex. Prima non detrectare Generalis, vel alterius societate ab eo substituti audire Consilium de rebus ad propriam animæ salutem, & rectam officij administrationem pertinentibus. secunda vero est executio illorum consiliorum, quæ meliora, & Deo gratiora esse indicauerit. Non vult sequi Generalis consilium etiam si honestum sit: quia id esset tacite ac virtualiter Generali obedire, quod Episcopali dignitati non expediebat, sed vult illud exequi, casu quo indices melius & honestius existere, quam quod tibi in mentem venerit. Consist. p. 10. §. 6.

Profecto Prapostitus Generalis nullam habet obligationem præter communem Charitatis, per se, vel per alios hos Prælatos monendi, quia nec eam obligationem habet ex voto, vt de se constat: neque ex constitutionibus, cum potius p. 10. §. 6. in declarat. ab ea obligatione eximitur. Non tamen (ibi) obligatur Societas, ad hoc munus suscipiendum, quandocumque alicui ex ea Episcopatus esset admittendus: imo libera manet, vt id onus, & relinquere, & assumere possit, ubi multum referre ad Dei obsequium indicauerit.



CAPVT XII.

De Dimissione à Societate.

In Societate alij sunt Religiosi simplicibus solum votis alligati, alij solemnibus. Quicumque ex his dimitti

47
Votum
quintum
professo
emissum.

48
Duplex
huius voti
materia.

49
Non obli-
gatur P.
Generalis
hos Præla-
tos monere.

50
Duplex
genus Reli-

T 2 CAPVT

CAPVT XIV.

*De capacitate Societates eius-
que Religiosorum ad ha-
reditariam successionem
ex testamento, & ab inte-
stato, & ad quodlibet le-
gatum.*

63
Qui solum
vota biennij
emissit, om-
nium horum
est capax.
Secundum Pro-
fessum, & Co-
adiutores
formati, qui
solum lega-
ti capaces
existunt.

In Societate alij sunt Religiosi Pro-
fessi, alij Coadiutores formati, alij
Scholastici, qui Scholares vocan-
tur. Ex conventibus autem alij sunt
Domus Professae, alia Collegia domusque
probationis. Religiosi, qui solum vota bien-
nij simplicia emisserunt capaces sunt cuiuslibet
hereditariae successionis, & legati, non
solum quoad usum, & administrationem il-
lius ex superioris licentia: sed etiam quoad
dominium. Constat ex Bulla Gregor. XIII.
Ascendente Domino. Professi vero, & Co-
adiutores formati cuiuslibet hereditariae suc-
cessionis sunt incapaces: non tamen legati,
ut Bulla illa, & constitutiones decidunt. Le-
gatum vero ipsis relictum acquiritur Colle-
gio, vel domui, in qua resident: & iuxta huius
capacitatem, vel incapacitatem legatum
tenet.

64
Domus
professa in-
capax est
habendi bo-
na stabilia,
praeter vi-
neam vel
hortum ad
recreatio-
nem.

Domus professa incapax est habendi bo-
na stabilia, quales sunt possessiones, annui-
que redditus, etiam Sacristiae aut fabricae Ec-
clesiae applicati, praeter communem, ac con-
suetam habitationem, sub qua domus, Ec-
clesia, & hortus contiguus comprehenditur:
& praeter aliquam vineam, vel hortum cum
sua domo ad Religiosorum levamen, qui si
fructus aliquos habeat, nec locari, nec vendi
possunt: tamen eis Professi uti possint ad
sustentationem. Constat p. 6. cap. 2. Constat
ex Bullis Pauli III. Iulij III. & Gregorij XIII.
Societatis institutum confirmantium.

65
Si aliquid
stabile do-
mni profes-
sa relinqua-
tur, debet
illico vendi.

Si domui professae aliquid stabile relin-
quatur, non necessarium ad Sacristiam, vel
habitationem, vel recreationem, aut legetur
aut donetur: vendi debet quam primum pos-
sit. Constat p. 6. cap. 2. num. 5. At quia contingit
saepe, statim emptori non inveniri, qui iustam
aetimationem impertiat, ideo opportunitas
est expectanda. Ex Constit. praefate declara-
tione.

66
Non est
contra hanc
paupertatem
reditus ad
fabricam
relictum dum-
modo domus
nulla com-
petat alio.

Verumtamen non est adversus hanc
strictam domus professae paupertatem, si
aliquis ex fundatoribus domus, vel Eccle-
siae vellet redditus aliquos ad fabricae usum
relinquere; dummodo nec dispositio eorum
ad Societatem pertineat, nec sit unde ei
competat actio in illos (quamvis id curae
illi esset, ut is cui tale munus commissum est
tuum officium praestaret) & sic in rebus, simi-
libus. Habetur. Constat p. 6. c. 2. in declarat. lit. B.

Neque item est adversus hanc paupertatem,
quod domus professa possit habere in. Nec est
statui, modo non sit de aliquo bono stabili, contra pa-
quia nullibi cauetur, incapacem esse herede-
ditariae successionis, in citato enim Constit. hanc posse
loco numero 12. solum dicitur hanc incapaci-
tatem habere ratione suorum Religiosorum: bonorum
tamen inveniuntur ex alio capite, scilicet, ex li-
bera testatoris voluntate institui heredem suum in-
posse, sicut & Collegium. Molina t. 1. de inst. titi.
d. 195. vers. A regula proposita Sanchez l. 7.
De cal. c. 27. n. 15.

Cum autem domus professae debeant
elemosynis victitare sibi D. Ignatius Qualiter
Const. p. sexta. cap. secundum. numero sexti. Ne inter-
villu ad Elemosynas perpetuas largiendas sit nobis,
domibus vel Ecclesiis Societatis professae si ad Ele-
deles exciet, ob maiorem scilicet edificatio-
nem, & paupertatis puritatem. At si aliquis
simplici suavione excitaret, hanc crediderim
peccatum, quia hac excitatio non est
materia voti paupertatis: & ex alio capite
sola constitutione prohibetur, & non in
virtute obedientiae: ergo nullo ex capite po-
test esse peccatum. Suar. tom. quart. de Relig.
tract. 10. l. quart. cap. nono numero nono &
capit. 11. sine. Sanchez l. septim. Decal. cap. 27.
numero 11. Palao tom. 3. d. 3. de statu Relig.
punct. 10. num. 6.

CAPVT XY.

*De prohibitionem, quam Iesu-
ta habent recipiendi pro
Missis concionibus, aliis-
que ministeriis stipen-
dia.*

Religiosis Societatis est
interdictum, pro Missarum Sacri-
ficiis, concionibus, lectionibus, etiam est
Sacramentorum administratione, aliisque piis Iesu-
ta officiis, quae Religio nostra iuxta institutum
exercent, stipendium vilius, vel Elemosynam, concionibus
quae ad compensationem horum ministerii. & c. Stipen-
riorum concessi assent, admittere. Ex am. diuini ac-
gener. c. 1. n. 3.

Non autem levis est difficultas, an
haec obligatio sit solum iuxta regulam, ac
constitutionem, ut perfectius paupertatis hac obliga-
votum observetur, ac cum maiori proxi-
morum adificatione: an vero sit mate-
ria ipsius voti? Nam si solummodo Reli-
giosi Societatis a receptione stipendij huius
vel Elemosynae abstinere ex regula, & non
ex voto obligantur, nullum per se pecca-
tum committent ex illius transgressione,
cum nostrae Religionis regulae ad culpam
non obligent, sed solum ad arbitriam pec-
nam. Cuius decisio ad secundam sectionem
spectat.

Hoc

Seçt.II.de Profes. Religiosa Dubia. 221

71 Hoc verum existimo si pecunia non pro
Si pecunia minuitur, & in illorum compensationem,
detur pro sed pro requisitis ad illa exequenda, con-
requisitis cedatur, ut si detur pro Religiosorum sus-
ad misse- tentatione, pro viatico aliisque necessariis
ria exequ- ad verbum divinum seminandum, omnino
da potest esse licitam receptionem. Dummodo Socie-
recipi. tas, vel eius Religiosi non obligentur ad spiri-
tualitya ea ministranda ex obligatione iustitiae:
sed ex gratitudine, aut fidelitate. Palao: 3. d.
tertia pun. 1. numero sex. Sanchez l. 7. c. 28.
num. 3. & 4.

72 Si Societatis Religiosus stipendium: ad
Si acceptis Missæ Sacrificia accepit (inique quidem)
quæ nostris et consumptis, neque Sacra fecit, nec e-
pro Missis solvendo: ut obligationi esse stipendio accepto
stipendia satisfaciat, poterit Sacra facere, quia il-
et consump- lis Sacris non acquirit stipendium, sed obli-
sic, nec Mis- gationis iustitiae ex illius acceptione, ac
sis celebra- consumptione orta satisfaciit. Imo non so-
re potest, si lum posse reori, sed teneri affirmo, quia te-
non est sol- netur obligationi iustitiæ satisfaccere, cum
vendo, imo id facere possit absque sine professionis detri-
debet Sacra mento. Sanchez l. septim. Decal. caput. 28.
illa facere. n. 15. addens. n. 2. hoc à fortiori procedere, si
ante Religionis ingressum, vel novitatus
tempore, hæc stipendia recepta ac consum-
pta, sicut. 2. plura.

CAPVT XVI.

*De Iesuitarum ratificatione
Professionis, reclamatio-
ne, ac mutatione
habitus.*

73
Potest in
Societate
Professio
ratificari.

 L I C E T videbitur in Societate
non posse inualidam professionem,
vel incorporationem ratificari,
quia inodus ordinarius ratificandi professio-
nem inualidam, est tacita professionis emissio.
At in Societate non datur tacita profes-
sio, cum ei essentiale sit scripto publicè legi,
Const. p. quint. capit. tertio. At digendum est,
verè esse in Societate professionis, seu incor-
porationis inualidæ ratificationem, seu re-
parationem, quia hæc reparatio non solum
iure antiquo, sed nouo Tridentin. *sess. 25.
capit. 19.* Taciturnitate quinquennij appro-
bata est in fauorem Regularis status, & in
pacem, ac quietem Religiosorum à quo
iure Societas excepta non est, nec expedie-
bat excipi. Neque obstat professionem seu
incorporationem tacitam non habere in So-
cietate locum, quia hoc est verum de pro-
fessione, vel incorporatione tacita, quæ
primo ac per se fit: secus autem de ea, quæ
fit ad reparationem professionis, vel incor-
porationis inualidæ. Nam cum hæc repara-
tione nihil Societas disposuerit, & Triden-
tinum in suo generali decreto Societatem
non exceperit, fit plane comprehendere vo-
Escob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

luiffe. Suar. tomo quart. de Relig. tract. 10. l. 3.
cap. 8. à num. 5.

At cum non semel contingat, professio- 84
nem esse inualidam, nec fide profectum vel *Et locus*
eius ratificare: constat ex *Tridentino. citato, datur re-*
sue inualide Professam intra quinquennium *clamatione*
ad fide professionis, & non ultra allegare posse *circa Pro-*
nullitatis suae: professionis causas: modo ta- *fessione in-*
men habitum propria auctoritate non dimittit *validam.*
tat, neque ex Religione sine superiorum
licentia, habitu retento, discedat. Nam si
habitum sponte dimittit, denegatur illi au-
dientia, & poenis apostatae afficitur, nullo-
que Religionis privilegio iuuatur. Quod
dicendum aequè de incorporatis per vota
biennij in Societatem, loquitur, ac de Pro-
fessum Societatis, tum aliarum religio-
num, quia vere Religiosi sunt, & quan-
tum est ex parte sua fide Religionis, & di-
mino obsequio perpetuo emanciparunt.
Suar. tomo quart. de Relig. tract. 10. l. 3. cap. 8.
num. 6.

Vidimus superius, depositionem Reli-
 giosi habitus temerariam interdiciam esse
 professis sub excommunicationis pena ex-
 capit. ut periculosa, Ne clerici vel Mona-
 chi, in 6. Quod si rogites, quamam sit te-
 meraria habitus depositio ? respondeo, non
 esse dimissionem temerariam, cum illum
 deponi ad dormiendum, ad quiescendum,
 ad natandum, aliamve similem actionem,
 Petit namque habitus dimissio dep-
 sitionem illius fieri animo occultandi statum, &
 fe aliam ab eo, qui est significandi. Vnde
 fit, non esse propriè habitus dimissionem,
 si illum deponas, vt arsum personam in
 ludo repræsentans, ut cursum velociorem
 consummes, vt lapidem expeditior proicias,
 quia illa depositio non est status voluntaria
 occultatio. Azorius *tom. primo l. 12. capit. 13. questione quint. Suar. tom. quint. de censur. d. 23. sect. quari. numero 27. Sanchez l. sext. Decal. capit. octavo numero 55.*
 Adicio non esse temerariam, sed laudabilem
 admodum habitus mutationem, cum
 Religiosi apud hæreticos, seu infideles
 quoque degentes (seculari indumento uten-
 tes curant ne Sacerdotes aut Religiosos esse
 dignoscantur, vt facilius possint fidei pro-
 pagationi, & proximorum utilitati Sacrum
 munus impendere. Sic Societatis Iesu Reli-
 giosi ad Angliam, ad Iaponiam, ad Sinas
 quotiè proficiuntur, vt maiori Dei gloria
 se accommodent, & tot fructus Eccle-
 siae liceat. Rogarim verò, an si quis
 temere dimitteret habitum (quod
 ablit) mortaliter delinqueret,
 & excommunicationem
 incurreret. Hanc
 sect. 2. questionem
 satisfaciunt,

CAPVT XVII.

De promotione Iesuitarum ad
Doctores, vel Magistri
gradus.

76
Expendo
privilegium
Iulij III.
latum in
Societate
fauorem ad
graduum
receptionem.

Premittit Iulium III. in Bulla, quae incipit, *Sacra Religionis* edita anno 1552. quam Pius IV. in Bulla incipiente, *Exponi nobis* confirmavit; concessisse Religiosis Collegiorum Societatis existentium in Vniuersitatibus alicuius studij generalis, si praeio rigoroso ex mine publico in eisdem Vniuersitatibus reperti fuerint idonei, & Rectores Vniuersitatum eos gratis promouere recitauerint, vt in praedictis Collegiis à Praeposito Generali, de eiusve licentia à quouis ex inferioribus Praepositis vel rectoribus huiusmodi Collegiorum cum duobus, vel tribus Doctoribus, seu Magistris per eosdem eligendis, promoueri possint ad baccalaureatus, magisterij, Licentiatum, ac Doctoratus gradus. Religiosis vero Collegiorum existentium extra Vniuersitates concessit, vt absoluto studiorum suo cursu, & rigoroso examine praecedente, à Praeposito Generali, vel de eius licentia à quouis ex Praepositis, vel rectoribus huiusmodi Collegiorum cum duobus, vel tribus Doctoribus vel Magistris per eosdem eligendis ad praedictos gradus valeant promoueri. Hi vero promoti gaudent omnibus privilegiis, ac praerogatiuis, quibus fruuntur qui in Vniuersitatibus rigoroso examine praeuio, ac alios iuxta ibi obseruari solitos, & requisitos eius promouentur. *Lege compendium privileg. Societatis in verb. Gradus, & maxime Rodericum 10. 2. 99 Regul. quest. 74. artic. 3.*

77
Requiritur
licentia ge-
neralis
Praepositi
ad gra-
dum rece-
ptionem.

Certum in primis est neminem alicuius scientiae gradum posse absque Praepositi Generalis facultate insigniri. *Regula 64. Provinc. conditiones autem, seu qualitas pro his gradibus recipiendis seruanda 4. p. const. c. 6. num. 17. & praefata Provincialis regula 64. praescribuntur.*

Prima est, vt per diligentem examinationem digni inueniantur, qui gradum suscipere debent. Secunda, ne loca certa, quamuis ea in Vniuersitate, ubi gradum accipiant, dari soleant, recipiant, sed extra numerum se constituent, vt ab omni ambitionis specie, atque ab aliis affectibus parum temperatis recedant. Tertia, ne sumptus, qui pauperes non deceant, in gradibus huiusmodi faciant. Quarta, ne ob aliud, quam vt possint proximis ad Dei gloriam esse vtiliores, promoueri debent, vt nullum detrimentum humilitas patiat. *Const. p. 4. cap. 6. §. 17. Quinta habetur regula 64. Provinciali ne nomine Doctoris vel Magistri irratione gradus inter se Religiosi vtantur.* Haec pro recipiendis gradibus in externis Vniuersitatibus praescribuntur.

78
Quinque
conditiones
ad gradum
recipiendos
in externa
Vniuersita-
te.

At pro collatione graduum in Vniuersitatibus Societatis regimini commissis, haec Teridem
79
haud dissimiles conditiones inducuntur: Prima est, ne quis nisi diligenter ac publice examinatus per designatas personas, quae bene in Vniuersitatibus So-
cietatis re-
gimini con-
missae.
suum agant officium, & idoneus ad perlegendum eandem scientiam inuentus promoueat. Secunda, vt praeccludatur ostium ambitionis, nullis locis certis eis, qui ad gradus promouentur assignatis: quin potius honore se inuicem praueinire, nulla locorum differentia obleruata, curent. Tertia, vt quemadmodum Societas gratis docet, ita & ad gradus gratis promoueat, & non nisi exigui admodum sumptus (licet voluntarij sint) externis permittantur; ne consuetudo vim legis tandem obtineat, & in ea parte decurtu temporis fiat excessus. Quarta, ne Rector Magistris, vel vli-
80
lis aliis de Societate facta accipere permittat. Quinta, ne in horum graduum collatione pilei, aut chirothecae, vel quid aliud detur. *const. p. 4. c. 1. §. 5. 4.*

Circa primam conditionem adnoto, si gradus suscipiendus sit in Societatis Vniuersitate non subiecta spectanda esse eius statuta, quae si pro omnibus indifferenter hoc ex-
81
men praescribunt, nullus erit gradus, eo omisso, licet gradandus notorie doctus existat. Quia creditur pro forma exigui, qua deficient, contuit actus. An si gradus in Vniuersitatibus Societatis est recipiendus, poterit Rector Vniuersitatis habita licentia, à Generali, vel Provinciali iussu ob causas examen publicum remittere. *Const. p. 4. c. 1. §. 4. in declar. lit. E.*

Conditio secunda de locis extra numerum accipiendis facile poterit asseruari in Vniuersitatibus Societati subiectis: in aliis, exples.
82
in quibus frequentes loca pro cuiusque antiquitate assignantur, haud facile erit, sed non ideo à recipiendo gradu in illis Vniuersitatibus Religiosi nostri excluduntur. Quia haec conditio intelligi debet cum commode asseruari potest, & quantum est ex parte Religiosorum. Hi enim quantum erit ex se loca certa non accipient, sed aliis facile cedent, seque extra numerum constituent. Si tamen Vniuersitas non solum ea loca certa tribuat, sed quasi ad ea recipienda compellat, cum ea receptio potius sit necessaria, quam libera, humilitati non derogat, neque speciem praeferat ambitionis, seu prauum aliquem fouet affectum. Suarez *romo quart. de Religiosis tractat. 10. lib. 5. quinto capit. quart. numero 10.*

Tertia conditio de non gerendis sumptibus, qui dedecent pauperes in Vniuersitatibus Societatis optime poterit asseruari, in externis difficile. Hoc autem non impedit, quin minus Religiosi Societatis possint in his Vniuersitatibus promoueri, non quidem frequentes, sed raro quando scilicet bono nomini Societatis, & soliqua doctrina, institutisque defensionis, & proximorum utilitati iudicabitur expedire, eoque casu non nisi selectae personae sunt promouendae. Palao *ro. 2. d. 4. de statu Relig. p. 8. §. 6. m. 6. ex Bulla Pij IV.*

Quarta

Secl. II. de Societ. Iesu Dubia. 223

83
Quarta demum, & quinta conditio & facile servari possunt, & debent omnino. Quia humilitatem inspecant. Hæ enim probant, non esse accipiendum gradum propter honorem, & luctum, quæ ex gradibus assolent

pronemire, sed ob maiorem Dei gloriam, & proximorum salutem. Suar. tom. 4. de Relig. 10. l. 5. c. 4. num. 11. conditiones verò requisitæ in collatione graduum à Societate, haud indigent explicatione.

SECTIO SECVNDA.

De Religione Societatis Iesu, eiusque obligationibus Dubia.

CAPVT XVIII.

Circa eos, qui ab ingressu Societatis specialiter excluduntur.

DVBIVM I.

Ut abnegatio Fidei à Societatis excludat ab ingressu, debetne esse publica?

84
Publica esse debet necessario.

85
Non debet necessario esse publica.

86
Existimo, saltem debere esse probabilem, scilicet dubium notari.

sententiam publicam: aliud probabile. videmus itaque abnegationem fidei probabilem, constituere impedimentum, licet non sit publica per sententiam, vel famola. Quia sola illa probabilitas videtur sufficiens, ut tali delicto affectus notam habeat, quæ illum minus reddat idoneum ad verbum divinum diffeminandum.

DVBIVM II.

Quis per sententiam declaratus fuit hæresis suspectus, cum tamen verè in errores non incidit: Estne à Societati exclusus ingressus?

87
Exclusus est.

88
Non est exclusus.

89
Verius hoc esse reor.

*Casuale homicidium sufficitne, ut quis
à Societatis excludatur ingressus*

Secundum impedimentum Societatis ingressus, dixi esse homicidium perpetrante illum qui ingredi intelligendum est de homicidio illicito, ac peccaminoso. Quæsierim vero, an debeat esse directe voluntarium, an casuale sufficiat?

Sufficit casuale, quia ita videtur in Societate esse receptum. Et quia quando leges aliquod volent dispendere de homicidio voluntarium, ita vt casuale non comprehendatur, illud exprimitur: vt constat ex *Trident. sess. 14. capite 6.* Sub homicidio enim non solum voluntarium, sed casuale propriissime continetur. Cum ergo constituto absque ulla distinctione homicidium præcipitur pro impedimento irritante, non solum de voluntario, sed & de casuali est intelligendum. *Suar. 104. de Relig. ar. 10. lib. secundæ. l. n. 9.*

Non sufficit cauale culpabile etiam, quia
 ut fit constitutio, ac lege imponente aliquā
 penam homicidio, non venit homicidium
 cauale etiam culpabile. *Leg. 1. C. ad leg.*
Cornel. de fcar. & leg. 1. §. Diuus Adrianus
ff. eodem. ibi: Si non occidendi animo
huc admiserit, absoluti posse. *Farinacq. l. 19.*
n. 4. dicit, fante statuto, quod homicidia
condemnetur in penam pecuniariam, puta,
in centum, quæ si non foluerit intra men-
fem, decapitetur: non comprehendi, nisi
homicidia fuerit dolofus, & voluntarius.
 Cum ergo excludo ab ftatu religiofo homi-
 cidio imponentur, non de quocumque homi-
 cidio, fed de voluntario debet intelligi. Ita
 Caftro Palao *tom. 3. d. 1. pun. 8. §. 1. num. 13.*

Dixerim, Homicidium casuale inculpabile & culpabile non esse impedimentum in Societate: sed præmeditatum, & simplex. Simplex dico, quod eo tempore directè volitum est, quo contingit, vt fit in subitaneis impetibus, & rixis. Præmeditatum verò quod tempore antecedenti cogitatum est, ac deliberatum fieri, vt latius tradit Farinac. q. 126. *initio*. Ratio meæ conclusionis est. Quia homicidium simplex ex directâ voluntate commissum non distinguitur à præmeditato in effectu, neque in voluntate: sed solum in aliqua accidentalī circumstantia. Quare constitutio puniens homicidium absolute tam de præmeditato, quam de simplici intelligi debet. Profecto homicidium casuale etiam culpabile non esse in Societate impedimentum, mihi persuadet verbum, quo Dignitas vitur, nempe, *perperasse homicidium*, quod sanè indicat propositum, & animumque deliberatum delicti. Nam *perperare* propriè, & in rigore latino significat ad effectum perducere id, quod iam in mente in-

ceptum est siue in bonam, siue in malam
partem. Ambros. Calcep. v. *Peperito*. Pi-
tarea quia Societati concessum est priuile-
gium dispensandi in irregularitate orta
ex homicidio casuali cum ingredien-
tibus in eam, *Compens. priuileg. v. dispensa-*
tio, §. 2. Ergo supponit Ponseff, habiles,
ac capaces esse huiusmodi ingressus. Alias
frustraneum esset priuilegium, quod nequit
executioni mandari.

Constitutio prohibens homicida Societatis ingressum, intelligendane solum est, de homicidio publico?

Non est solum intelligenda de publico homicidio, sed secretum sufficit, imò nec secretum probabile esse requiritur, quia constitutio non limitat ad publicum: Ergò absque evidenti ratione non potest limitatio adhiberi. Ceterè si quis fatetur, se homicidium fuisse, absque eo quod interrogaretur, an publice et an secreto: statim absque ulteriori progressu vti in habilis repellere tur. Ergò signum est, homicidium quantumvis occultum else essentiale impedimentum sui Occultar. tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 2. c. 1. n. 12.

Solum intelligenda est constitutio de homicidio publico, non de occulto; & *Solum de* rum enim videtur, ob homicidium simplex publicum occultissimum; cuius nullum adest periculum manifestans esse quemquam à Religio-
so Societatis Iesu statim excludendum, quia grauius delictum est, & verbo diuino seminando magis contrarium abnegatio fidei, quam homicidium; & tamen de fidei abnegatione *Suaris cap. 1. num. 14.* foret esse necessarium vt saltem sit probabilis, vt ingressum impediatur: Ergo id ipsum de homicidio fateri debet: Cuius nulla specialis ratio in fidei abnegatione, quam in homicidio reperitur, ob quam abnegatio fidei occulta non præstet ingressui societatis impedimentum, præstet verò homicidium: nam in vtroque impedimento eadem est decidendi ratio, vt manifeste constat ex illis verbis *Exam. cap. secund. num. 6. Prædicti casu, &c.* Contextus autem verborum idem est omnino in abnegatione fidei, ac in homicidio: Ergo nullo ex capite apparet huius diuersitatis fundamentum. Ita Castro palao *tom. 3. d. 1. de Statu Relig. punct. 3. §. prim. numer. 16.*

Probabilem admodum P. Snarj lapen-
tissimi sententiam esse iudico, fed eius venia
affirmo cum palao, ficut de abnegatione fi-
dei refolui, requiri esse ad minus probabi-
lem, hoc est, duobus testibus notam,
ideam de homicidio esse dicendum, id est,
debere esse probabile, vt impedimen-
tum præstet ingressui. Moueoratione di-
cende a D. Ignatio appofita, fcllicit,
ne miniftri Societatis notam aliquam contra-
herent, ob quam minus apti & idonei essent

Sect. II. de Societate Iesu Dubia. 225

ad verbum diuinum diseminandum propter consuetudinem, & communem hominum infirmitatem: At hanc notam habere non possunt ob delictum occultum, & improbabile: Nam delictum dñm est occultum notam non irrogat. Nota enim (vt pluribus comprobabat Ambros. Calep.) infamia, & ignominia est. Ergo stante delicto occulto, nulla est nota, cum infamia nulla sit.

DVBIVM V.

Receptus est quis in Societate in quatuordecim annorum completorum ætate antequam quindecim expleat: valetne receptio?

97
Questionis
status.

Questio procedit ex iuris societatis vi, seclusa speciali facultate, quæ Provincialibus assolet à R. Generali preposito concedi. Questio igitur est circa impedimentum secundarium de ætate tenera, num receptus cum aliquis sit antequam quindecim annos, receptio valeat?

98
Non valet
receptio.

Non valet receptio, quia in *regula Provincialis* 36. cauetur, ne possit Provincialis recipere in Societate nouitium infra 15. & ultra 50. annos expletos. Quæ verba supponunt, non posse recipi à Provincialibus nouitium non habentem quindecim expletos annos, quia dictio illa *Expletos annos* vitæque numerum comprehendit & 15. & 50. Deinde fit in constitutionibus solum decimus quartus annus completus postuletur, pro nouitiatus ingressu *confer p. 1. c. 2. numer. 12.* tamen cum in Provincialis regula cauetur debere esse quindecim, aliquid speciale spectatum fuit à Generali preposito. Alias enim vt quid stylum, & numerum in constitutionibus asseruatum inuauit. Sic nonnulli quorum sententiam probabilem admodum esse indicat meritò Castro Palao *tom. 3. d. 1. de statu Relig. p. 1. c. 8. §. 2. n. 5.*

99
Receptio
valet.

Receptio valet à provinciali facta, dummodo recipiendus ad probationem quatuordecim annos habeat completos, & inceptum decimum quintum, quia dictiones illæ *Infra*, & *ultra* sunt termini oppositi, ac correlatiui: dispositumque in vno censetur in altero per oppositionem dispositum ex *l. fin. c. de iudic. viduit.* & multis probat. Euerad. loco à relatius, n. 8. sed sic est, quod in dictione *Ultra* quinquaginta annos expletos, requiritur quod recipiendus illis ita completos habeat, vt neque vnus dies desit. Ergo in dictione, *Infra* decimum quintum completum necessarium est vt neq; vnus dies decimi quinti anni desit. Nam si aliquem diem illius decimi quinti anni habeat, iam non habet, in toto rigore completè & perfectè infra quindecim completos, sed infra quindecim inceptos. Qui enim decimum quartum annum completum habet, & dimidiatum decimum quintum, non est propriè infra quindecim completè, sed inceptè potius est infra quindecim. Vnde dictio illa, expletos annos iuncta dictionibus *In-*

fra, & *Ultra* potius probat sufficere decimum quintum inceptum. Ideoque *p. 1. conf. cap. 3. lit. K.* vbi numero quatuordecim signatur ætas recipiendorum non dicitur *Ne sit minor.* 15. quia alius numerus 15. ibi signatur, non fuit oppositus, sed conformis. Sed in *regula Provincialis* 36. appositæ fuere dictiones *Infra* & *Ultra* oppositæ. Merito igitur in tenera ætate signatus fuit numerus 15. vt clarè colligeres, sicut in numero 50. requiritur vt exclusus ob protractam ætatem à potestate provincialis habeat 50. annum ita completum, vt neque vnus dies desit: ita vt per teneram ætate excludatur, ita sit infra 15. vt neque vnum diem decimi quinti habeat. Ita doctissimus Ferdinandus de Castro *vbi supra n. 6.*

Certè negare non possum hanc expositionem valde esse probabilem quam defendendam esse reor, ne censetur Provincialis regula à constitutione deuare, iusque commune, & aliarum Religionum, corrigere, quibus concessum est pubertate ad præ, nouitios recipere: Iuris verò correctio odiosa est, & omnino vitanda. *Leg. Pracipimus C. de appellacionib.* Quod ita verum est, vt vitandæ correctionis iuris gratia à propria verborum significatione sit recedendum, vt pluribus relatis probat Sanchez *l. 1. de sponsal. d. 17. n. 6.* & Suarez *3. de Relig. l. 6. cap. 2. o. n. 4.* Hoc quidem si ius societatis spectem. At si ad praxim & stylum receptum Societatis attendam, indubitatum id mihi est. Provinciales enim nunquā requirunt, an ingressuri quindecim annos completos habeant, sed solum an habeant decimum quartum completum, ac inceptum decimum quintum. Et in hac ætate in variis Provinciis plures noui fuisse receptos. In hac Provincia Castellæ quotidie recipiuntur. Loquor expertus, qui hanc gerens ætatem feliciter fui ad Societatem admissus. At consuetudo recepta sufficit ad legem illam derogandam, regulæque limitationem, ac relinquendam Provinciali integram potestatem.

DVBIVM VI.

Si quis aliquo ex impedimentis secundariis à regula prescriptis illigatus, in Societate recipiatur ab eo, qui potestatem habet in eâ dispensandi, validane est, receptio, si malitiose opertum fuerit?

Si impedimentum recipienti manifestetur, nulla est dubitatio: cum eo ipso censetur dispensare. Quid si malitiose impedimentum illud fuerit opertum?

Non est valida receptio, quia absque recipientis est facta consensu. Neque enim recipiens voluntatem habet recipiendi tali impedimento illigatum. imò potius gerit intentionem eum à Religionis ingressu excludendi. Quod efficacius urget, si impedimentum eius conditionis esset, vt eo detecto, minime à superiore sic ligatus recipere-

100
Hanc eligo
sententiam,
quæ verius
expono.

101
Questionis
status.

102
Non est
val. de.

retur, ne Religio praedictum acciperet. Sic docti viri, quos consului.

¹⁰³ *Valida est receptio.* Receptio est valida, quia dum impedimentum substantiale ac primum non est, superior consensit in ingressu substantia. Sicut cum Praelectus admittit ad Ordines quicumque excommunicatum, admissio est valida, quia in substantiali collatione Ordinum contenti non obstat, quod impedimento detecto, minime consentiret. Non enim praesens consensus ex eventu futuro regulator, praecipue cum circumstantia omnino mutetur. Ita Nau. l. 3. conf. tit. de Regn. conf. 25. Mann. t. 3. q. 9. Reg. q. 17. a. 9. & alij relati à Sancio l. 5. Decal. c. 4. n. 57. quatenus asserunt professionem factam ab eo, qui morbo gallico, vel alio impedimento non irritante laboraret, quo detecto, omnino excluderetur, validam esse. Ergo supponit receptionem ad novitium cum huiusmodi impedimento valuisse. Quia professio valida esse nequit, si novitium nullus existit. Palao expressè tom. 3. d. 1. de statu Relig. pun. 8. §. 2. n. 9.

¹⁰⁴ *Hoc verum esse iudico.* Hoc verum esse iudico. Fateor tamen, si recipiens haberet expressam voluntatem non admittendi in Religionem eum, qui impedimento huiusmodi ligatus esset, & non manifestato, peteret admitti: nullam esse admissionem. Sed hac voluntas ob inconuenientia, quae inde nascerentur, nec iusta esset, neque praesumenda; potius enim praesumendum esse crediderim, eam voluntatem habere, quae suae cognitioni, ac rebus ipsis conformetur: ac proinde velle novitium illum recipere, abstrahendo, an habeat, vel non habeat impedimentum.

CAPVT XIX.

Circa Societatis Iesu Novitium.

DV BIVM VII.

Si Provincialis ex consensu novitij ante biennium probationis expletum, cum ad vota simplicia Scholasticorum admittat, eritne valida admissio?

¹⁰⁵ *Valida erit.*

ALIDA erit, quia ex vi intrinsecus communis solus integer annus probationis ad professionem, seu statum Religionis assumendum est requisitus. Ex vi autem intrinsecus Societatis non est biennium essentialiter requisitum, cum de facto à Praeposito Generali valeat immitti, ut scilicet. 1. videmus. Ergo provincialis ad vota Scholasticorum aliquem haud expleto biennio admittens, valide admittit. Nam esto potestatem non habeat in biennio decurtando, inde non inferetur, invalidam esse admissionem, cum fiat ab eo qui potestatem habet admittendi; sed solum esse illicitam, ut

potè ante legitimum tempus factam. Sic Suarez tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 2. cap. 4. numer. 9.

Non erit valida. Quia licet biennij probatio non sit ad incorporationem simpliciter necessaria stante potestate in recipiente. Sed solum vnius anni probatio: At recipientis potestas omnino necessaria est: & ex huius defectu Provincialis admissio nulla redditur. Ita Sanchez l. 5. Decal. c. 4. n. 20.

Existimo logè probabilius Provincialis potestatem non extendi ad vota Scholasticorum valde admittenda ante expleto biennio. Nam vidi in societate vota facta haud expleto biennio, declarari nulla, sicque emittem liberum relinqui, ut possit Societate discedere. Signum igitur periculum est, potestatem à Generali concessam ad eiusmodi casum non extendi.

DV BIVM VIII.

Novitij Societatis possuntne testamentum concedere valide?

NON possunt, quia exam. gener. cap. 4. cauetur, novitios nostros debere ante ingressum in probationem dispendere de omnibus bonis, quae habent, & habere possunt, in pauperes, aliaque opera pia abique spe, & fiducia ea iterum recuperandi. Quod si renunciationem non fecerint, debeant in ingressu promittere facturos post primum novitiatum annum, quando à superiore fuerit iniunctum. Sed hæc omnino obstant testamenti dispositioni, utpotè renocabili saltem ante professionem: ac proinde non constituenti verum pauperem, neque remonenti spem ea recuperandi bona: Ergo testamentaria dispositio novitij Societatis est omnino interdicta, Sic non immeriti Theologi constitutionum normæ hærentes.

Possunt planè suae ante ingressum, siue post valide condere testamentum, quia esto non sit dispositio iuxta constitutionum normam, est tamen dispositio facta ab habili, & capaci. Nam ius, & dominium habet illarum rerum, quarum dispositionem gerit. Et quia tunc communi non solum impeditur, ut patet: neque ex Societatis constitutionibus, quae nullam in hac parte inhabilitatem statuunt. Ita Sanchez lib. septim. Decalog. cap. prim. numer. 31. & 32.

Validam esse dispositionem credo, sed peccare novitium aduersus illam promissionem in ingressu factam sic de bonis suis in novitiatu disponentem, vel non renocantem eam dispositionem, cum à superiore iniungitur: dignumque expulsiōe existere, si superioris consilio non acquiescit. Quale autem peccatum committat in hac testamenti effectione vel non renocacione. P. Ferdin. de Castro hinc sententia adherens tom. 3. d. de statu Relig. pun. 15. numero 15. affirmat non satis exploratum esse: credit tamen probabilis, culpam solum venialem committere, quia, ut dicitur in Congreg. gener. 3. decr. 9. can. 1. promissio

Secl. II. de Societate Iesu Dubia. 227

missio illa rennunciandi, non est votum, sed solum humana promissio obligationem tantum fidelitatis indicens: ac proinde solum culpam venialem.

DVBIVM IX.

Renunciatio facta iuxta Societatis constitutiones ab eius novitiis, vel ab eis, qui vota biennij emisissent esse absoluta, & independens à professione, seu votorum emissionem, ita eis dimissis à Societate nulla sine bona restituenda.

¹¹¹ *Non est absoluta, & independens.* **N**on est absoluta, & independens à votorum emissionem, vel professione, quia nullus maxime novitius præsumi debet velle bonis omnibus spoliare, nisi quatenus credit, se in Societate perpetuo victurum: Ergo cessante hoc fine, vel quia Religio illum dimittit, vel quia ipse cum novitiis sit libere Religionem deserit, cessat efficacia renunciationis, quippe ab illo fine tanquam à conditione videtur pendere. Sic nonnulli, quos non improbabilis hæc sententia videtur.

¹¹² *Absoluta, & independens est.* Absoluta est, & independens. Vnde quoties renunciatio fit à novitio Societatis (& à fortiori ab eo, qui vota Scholasticorum emisit) in pauperes, operante pia etiam si id pium opus sit in fauorem Societatis, sit absolutè, & independentè à perseverantia in Societate, ideoque si ante votorum emissionem novitius, vel post biennij vota ante professionem Religionem deserat, aut ex ea dimittatur, nulla debent ei bona restitui, quia novitius, vel Religiosus Societatis de suis bonis in pia opera disponens præsumitur eam intentionem in sua dispositione habere, quam Societatis constitutiones præscribunt semper enim quis præsumitur operari, conformiter ad sui status regulas, & obligationes. At Societatis constitutiones præscribunt, renunciationem fieri independentè à conditione professionis, seu emissionis votorum: siquidem præscribunt eroganda pauperibus, vel in alia pia opera iuxta propriam cuiuscumque devotionem, omnem à se fiduciam submovendo, eadem vltimo tempore recuperant, *Exam. gener. c. 4. & p. 3. constit. c. 1. num. 7. & 25. & p. 4. c. 4. lit. E. & p. 6. c. 2. lit. H.* Quæ certe vera non essent, si dependentè à professione, vel votorum emissionem renunciatio ageretur, cum satis firma esset spes ea bona aliquando recuperandi, nempe votis non emissis, aut dissolutis. Ita Mol. tom. 1. d. 19. versilli qui, & vers. novitij Suar. to. 4. de Relig. tr. 8. l. 3. c. 14. n. 22. & tract. 10. l. 4. cap. 4. n. 19. Sanchez lib. 7. Decal. c. 1. n. 24.

¹¹³ *Hoc enim defendo.* Hanc sententiam vnicè defendendam esse iudico, Fateor enim neminem præsumi bonis renunciare, nisi quatenus credit, se in Religione perpetuo victurum: eo enim proposito renunciat. At non inde inferitur renunciare sub perseverantia conditione potius autem

præsumi debet renunciare absolutè, ne bona enunciata recuperationis spe eius animum propositumque rectum infirmet, & à perfectionis incepta desistere faciant. Adnoto tamen (quod *secl. 1.* iam innui) si in societatis fauorem facta est renunciatio probationis tempore, & ante biennij vota novitiis dimittitur, omnia ei reddi ex æquitate, quâvis nulla ex iustitia sit obligatio. At si post vota biennij dimittitur, solum debere Societatem pro quantitate receptæ donationis alimenta renuncianti exhibere, dum egestate afficitur, & aliud non habet unde sustentetur: Alioquin ob ingratitudinem renunciatis renunciationem poterit renocare. *xx Surdo de aliment. tit. 1. q. 48. Sanchez l. 7. Decal. c. 1. num. 39. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 3. cap. 14. numer. 22. & 23.* At si bonorum renunciatio facta est extra constitutionum normam nempe in consanguineo, vel amico non egestes, aliaque opera profana, credi probabiliter potest, non processisse ex animo, ut firma sit, professione non secuta, quia non apparet specialis ratio animum absolutæ donationis potius in societate, quam in aliis Religionibus præsumendi, Sanchez *ubi supra numero 37. & 38.*

DVBIVM XX.

Si novitius Societatis in consanguineos, vel extraneos, non egestes, aliaque opera profana renunciationem faciat: eritne iuxta Tridentini decretum valida renunciatio?

¹¹⁴ **R**ecolo Tridentini *sess. 25. cap. 16.* illa verba, quibus excipit Societatem à *Nonnulla* communi decreto, quod circa novitiorum *suppone.* renunciationem agendam præscriperat. *Per hac tamen* (inquit) *non intendit sancta Synodus aliquid innovare, aut prohibere quin Religio Societatis Iesu Clericorum iuxta eorum institutum pium à sancta sede Apostolica approbatum Domino, & eius Ecclesie infernere possint.* ex quo patet, quocumque novitius tempore, & absque ordinarij licentia Societatis novitios suis bonis cedere posse, sed quid si novitius in consanguineos, vel extraneos non egestes, aliaque opera profana agat renunciationem? Eritne iuxta Concilij mentem valida renunciatio?

¹¹⁵ *Non est valida.* Non erit valida, quia talis renunciatio non est iuxta pium Societatis institutum, sed potius ei contraria. At Concilium solum videtur excepisse renunciationem testitutum factam qua Domino & eius Ecclesie iuxta pium eorum institutum valeant infernere. Cum ergo in huiusmodi renunciatione Domino, & eius Ecclesie iuxta pium eorum institutum non inferniant: videtur sub generali prohibitione comprehendere huiusmodi renunciatio ac proinde invalida esse, sic nonnulli, quorum sententiam innuit Palao *rom. 3. d. 2. de statu Relig. pum. 8. num. 2.* esse probabilem.

Valida

116

Valida est. Quia licet constitutiones societatis praescribant in opera pia pro cuiusque deuotione renunciationem esse faciendam; at alter factam non irritant, sed potius validam esse supponunt, maxime si facta fuerit ante ingressum in societatem. Sed Concilium dicit, se non intendere innouare, aut prohibere, quin Religio Societatis Iesu Domino, & eius Ecclesiae inferuire possit iuxta primum eius institutum; ergo non innouat, neque prohibet, quin Deo inferuiat praestita hac valida renunciatione. Ita Palao *vbi sup. Sanch. l. 7. Decal. cap. 5. n. 10.*

117

Hanc sententiam crediderim. Nam ex societatis instituto si facta non sit renuntiatio ante probationis tempus, ingressum, facienda est, quando superior inge esse iunxit. At ex dispositione Concilij solum intra bimestre professioni proximum facienda est: ergo Concilij dispositio Iesuitarum renunciationes minime comprehendit. Vnde si renuntiatio illa, de qua quaestio, salua constitutionum praescriptione agitur, valida erit.

DV B I V M XX I.

Novitius societatis, vel sui biennij vota gessit, hereditatem paternam renuntiavit in fauorem societatis, & viuente patre professionem vel vota coadiutoris formati emisit: postmodum vero, superfluo filio, pater obiit: Societas potestne in huius hereditatem succedere?

118

Non potest succedere. Succedere non potest. Quia si filius decedat priusquam pater, hereditas patris filio non deferretur, quoniam nequit deferri filio viuente patre, cum viuentis nulla sit hereditas, *leg. superfluo filio, ff. de acquir. hereditat. At professio in societate mortu naturali aequiparatur, cum nec ipse professus, nec Societas ratione illius capax hereditatis esse potest: ergo. Exemplo Fratrum Minorum confirmatur, quorum ratione Monasterium succedere nequit. At aequae professus societatis est hereditatis incapax. Ergo Societas non potest succedere. Sic Thom. Sanch. l. 7. Decal. c. 9. n. 25.*

119

Potest succedere. Potest succedere. Quia illa hereditas parente mortuo non deferretur societatis professio (sic uti nec professio aliarum Religionum in fauorem Collegij, operisve pii renuntiati: sed deferretur ei, in cuius fauorem facta est renuntiatio ob ius acquisitum per renunciationem: ergo illa hereditas deferretur Societati ob ius per renunciationem concessum a professore tempore, quo valde concedere poterat. Ita Castro Palao *tom. 3. d. 2. de statu Relig. pun. 18. n. 4.*

120

Verius hoc mihi. Verius hoc iudico esse sententiam, Nam ut ipsemet Sanchius l. 7. Decal. c. 3. n. 68. & 78. & Molina de primog. l. 1. c. 13. circa finem, testatur, mors civilis, qualis est professio, mortu naturali aequiparatur quando eundem effectum habet: secus quando diuersum habere potest. At in praesenti professio in societate diuersum

effectum a morte naturali potest habere: nam professio hac non extinguit iura societatis in tertium translata, sed quae ipse professus eo tempore haberet. Conuenientia autem Minorum cum professis Societatis in eo sita est, ut sicut Minores facta professione sunt acquirendi hereditatem incapaces, nec Monasterium illorum causa capax sit. Sic nec Societatis professi, nec Societas ratione ipsorum. Itaque non obstat, quod professus tempore, quo obit pater, & deferretur Societati hereditas sit succedendi incapax, quominus Societas succedat, quia non succedit ex iure, quod professus eo tempore Societati concedat, sed ex iure quod renunciando potest quidem tunc renunciare, concessit.



CAP V T XX.

Circa professorum, ac coadiutorum formatorum spiritualium obligationes.

DV B I V M XX II.

An peccabit qui contra votum quartum (scilicet ingrediendi Societatem) si ob repugnantiam, quam habet, in suscipiendo coadiutoris formati gradu, superior mutet, vel suspendat absolutam illum obligandi voluntatem?



Ecce ex se. 1. Scholares, & Coadiutores non formatos emittentes in societate vota simplicia, contrahere obligationem quandam votis substantialibus annexam; nam simul promittunt, se Societatem ingressuros, ut vitam in ea perpetuo degant, promissionem, seu votum hoc intelligendo iuxta societatis constitutiones. Materiam vero huius voti vidimus esse professionem quatuor votorum, vel tria vota Coadiutorum formatorum se emitturos, prout Societati placuerit. Profecto ex vi huius voti, quoties superior designat alicui gradum absolute, & efficaci voluntate, acceptare illum tenetur, sed quid si ob difficultatem, & repugnantiam, quam se habet in suscipiendo gradu coadiutoris spiritualis formati, & ob timorem, quae Praepositi Generalis concipit eum esse turbandum, ac fortasse periculo Religionis deferenda exponendum, eo quod ei gradus professorum denegetur: absolutam voluntatem illum obligandi mutet vel suspendat: Peccabitne contra hoc quartum votum?

Non peccabit. Quia votum est solummodo de suscipiendo gradu, Praeposito Generali absolute stituerit. At in hoc casu supponimus Praepositum Generale non absolute statueret, sed potius absolutum statum mutare, vel suspendere: Ergo non peccabit contra votum, sic aliqui, quorum mentem Palao putat esse probabilem, *to. 3. d. 5. de statu Relig. pun. 1. n. 4.* Peccabit

121

Non peccabit.

Secl. II. De Societate Iesu Dubia, 229ⁱ

123
Peccabit
quidem.

Peccabit quidem, votum indirectè violans: Quia inique & iniuste obligat superiorem à voluntate absoluta cum gradum concedendi cessare. At qui vouet opus perfectum sub conditione pendente ex alterius voluntate, tenetur ad minus, illam voluntatem non impedire; quia id esset votum exequi nolite. At ille vouit Deo, accipere gradum, quem superior voluerit ei absolute concedere: ergo tenetur superioris voluntatem non impedire. Inique autem impedit se difficilem susceptioni præstando, &urbationis, aliorumque inconuenientium signa ostentando, ob quæ superior prudenter cessat à voluntate absoluta ei illum gradum concedendi. Ergo delinquit contra votum. Ita Palao *vbi sup. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 4. cap. 17. num. 15.* Addo ex Palao, peccare etiam contra iustitiam, siquidem malitiosè impedit, ne ei superior præcipiat, quod iure præcipere potest.

124
Perior mihi
sententia
hæc.

Verior sententia hæc. Nam contrariæ fundamentum solummodo probat, illam voti violationem directam non esse: non tamen probat, non esse indirectam. Tenetur ergo ille repugnantiam vincere, & timorem iustum suæurbationis, & maioris periculi à superiore remouere.

D V B I V M X X I I I.

Post receptum gradum Coadiutoris spiritualis formati potestne quis, ex voto illo, quarto simplici obligari, ad gradum professi recipiendum?

125
Certa praemissa.

Certum existimo cum Suario *tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 4. c. 17. n. 11.* recepto professorum gradum illum obligari non posse ad gradum Coadiutoris formati recipiendum. Quia professorum gradus est superior coadiutorum gradu: quippe continet vota solennia & ad plura obligat, nemo autem potest ex voto obligari ab statuto superiori, ac perfectiori ad inferiorem, & minus perfectum descendere. Neque ille esset in Societatem ingressus, sed aliquo modo egressus, & retrocessus. Quæstio igitur est, an recepto coadiutoris formati gradu, obligari quis ex illo voto possit ad votum professi recipiendum.

126
Potest quidem obligari ex voto illo.

Potest quidem. Quia ex gradu coadiutoris formati transit ille ad perfectiorem gradum, siue professio sit quatuor, siue trium votorum solennium; tam licet hic transitus raro concedatur, concedi tamen aliquando potest, & debet, ut innuitur in *exam. gener. cap. 6. §. 5. & 6.* Sed promittens ingredi Societatem, videtur promittere ingredi in perfectiorem gradum, si superiori placitum fuerit: ergo stante superioris beneplacito obligatus erit ingredi. Sic Suar. *vbi supra.*

127
Obligari non potest.

Non potest obligari. Quia obligationi ingrediendi Societatem assumptam quolibet ex illis gradibus videtur ille satisfecisse; nam ut ex Constitutionibus constat; & ex Congregationis generalis declaratione, votum Soc. *Eccl. b. & Mend. Theol. Morali Tom. VII.*

cietatem ingrediendi est votum acceptandum gradum coadiutoris formati, vel professi prout Societas voluerit: Ergo recepto gradu coadiutoris formati satisfecit voto. Non enim, utrumque gradum acceptare promittimus, sed vnum, vel alterum, ut denotat dictio illa *Vel*, quæ est disiectiua: alias non dictio *Vel*, sed *Et* esset apponenda. Ita Ferdin. à Castro *tom. 3. d. 5. de statu Relig. pun. 1. n. 6.*

Æque probabilem vnam & alteram sententiam esse iudico: quæstionem autem hanc potius speculatiuam esse, quam practicam. *Resolutio.* Raro enim contingit, Societati necessarium esse velle obligare Coadiutorem formatum, ut professionem trium vel quatuor votorum ineat: & professum trium votorum, ut professionem quatuor votorum emittat. Quia abique huiusmodi professionis concessione poterit subditos ad ministeria peragenda obligare, æque fore ac si essent professi. Et quia gradus professi honorabilior est, unde sola superioris insinuatione, ac simplici concessione acceptabitur.

QVÆSTIO INCIDENTS.

An quartum votum quod à professis nostris emittitur circa missiones Pontifici, sit superfluum, inutile, & non solemne?

Vidimus *sect. 1.* professos Societatis, qui quatuor votorum vocantur, ultra tria vota solennia castitatis, paupertatis, & obedientiæ, aliud quartum emittere etiam solenne obediendi summo Præfati in missionibus peragendis ad animarum salutem. Non defuere Doctores potius prauo affectu, quam ratione ducti, qui hoc vetum anxi facerint calumniari. Ut igitur eorum affectatam retandam iniuriam, de quaestione. Num quartum hoc votum sit superfluum, inutile, & minime solenne?

Superfluum est. Quia omnes Christi fideles obligati sunt summo Pontifici obedire, si eis aliquò iusserit proficisci ob proximorum salutem. Et speciatim Religiosi hac obligatione tenentur: Pontifici enim tanquam supremo Religionum Præfati obedire promittere. At esto alij Religiosi obedientiam summo Pontifici non ita strictam promiserint: at scholares approbati Societatis, & maxime formati Coadiutores eam promittunt; voto enim obedientiæ simplici obligantur ire in quolibet mundi partes, quo superior designauerit, *p. 3. const. c. 2. lit. G. & p. 6. cap. 3. §. 5. & Bulla Gregor. XIII. Ascendente.* Ergo saltem comparatione aliorum Religiosorum Societatis hoc votum est superfluum, cum non superaddat obligationem aliquam à voto obedientiæ generali distinctam.

Est inutile. Quia Pontifex granioribus Ecclesiæ negotiis occupatus, noscere nequit, qui hoc votum emiserint, quique ei sunt specialiter subiecti, ut eos valeat ad missiones gerendas assignare. Vnde esset vilius, hoc votum Præposito Generali emitti. Vtique qui malo

maiores suorum Religiosorum notitiam habet, & eorum regimini immediatus incumbit.

132 *Non est so-* Solemnne esse non potest. Quia non ap-
lomme. pareat, in quo eius solemnitas consistat, cum nullum specialem effectum, nullam specialem contineat obligationem, quam votum simplex obedientiae non contineret: Ergo votum hoc solenne non est. Sic illi, quorum nomina consilio non exprimo, quia eos anonymos praeus plane facit affectus.

133 *Huius voti materia.* Ut autem conitet, quam frivola haec argumenta sint, ut Doctrinam à D. Ignatio traditam, à viris doctissimis approbatam, à summisque Pontificibus definitam labefactare valeant, huius quarti voti materiam exprimam, unde, esse vile, necessarium & solenne patebit. Materia itaque huius voti est summo Praefati in missionibus peragendis obedire: id est, pergere sine equis tunc pedes in quasque mundi partes iusserit, ibique commorari, & ministeria spiritualia iuxta Societatis morem in animarum salutem exercere Pontificis arbitrio; quia haec omnia sub missionum vocabulo continentur. Quae debent praestari nulla tergiversatione, vel excusatione appositae, si frivola sit, & inanis, secus si legitima, ac iusta. Hanc enim superiori proponere, & constitutionibus Societatis, & Pontificis menti conforme est. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. l. 6. c. 4. n. 11. Deinde praestari debent, nullo petito viatico, expectatoque subsidio, tum pro peragendo itinere, tum pro inibi residendo. Sanch. l. 6. Decal. c. 18. n. 6.

134 *Hinc con-* Hinc probo superfluum non esse, sed omnino necessarium. Quia ad haec praestanda nec reliqui Christi fideles, nec ceteri Religiosi tum aliorum Ordinum, tum Societatis possunt obligari. Hoc ostendo. Nam reliqui Christi fideles non possunt à Pontifice obligati, ut in remotissimas partes proficiscantur, ibique commorentur, nisi communi Ecclesiae bono maxime expediret: neque tunc obligarentur ex voto, sed ex subiectione, quam debent tanquam universalis Ecclesiae capiti, & Christi Vicario. Ceteri autem Religiosi cum votum obedientiae praestent summo Pontifici tanquam supremo Religionis Praefato, ex vi illius solummodo possunt iuxta suas regulas obligari. At extra regulam omnium Religionum est obligare suos subditos, ut, ac commorari in partibus remotissimis, ubi nulla est Provincia, nulla domus Religionis, nullo subsidio petito, & maxime si vitae periculum addit. Scilicet Seraphicum Franciscum speciale, & expressum emisit Pontifici Honorio pro se, ac suis alumnis, ita ut ab ipsis, cum votum obedientiae emittunt, emissum esse intelligatur. At hoc votum ad nihil amplius obligat; quam generale votum obedientiae in ea sanctissima Religione emissum, ut D. Bonaventura expressit in *exposit. regula c. 1.* quod certe non obligat ad missiones ita difficiles, & humanis subsidis destitutas, ad quas Societatis professi obligantur. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 6. cap. 4. n. 27. Sanch. l. 6. Decal. c. 18. num. 5. Ribadeneira de institut. Societ. cap. 20. fine. Religiosi vero Societatis, qui biennio ex-

pleto, tria simplicia vota emittunt & Coadiutores spirituales formati, imo & professi votum sollemnium esse obligati sunt ire, & commorari in qualibet mundi parte: At scholares approbati non obligantur ire pedes, nec vilo petito viatico, nec cum vitae periculo. Quia in constitutionibus, Bullisque Pontificis haec obligatio non continetur. Sanch. l. 6. Decal. c. 18. num. 5. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 6. cap. 4. n. 32. Coadiutores spirituales formati, & professi votum votorum esse obligantur pergere, non petito viatico; at non obligantur ex voto viaticum non petere, sed solum ex constitutione ad culpam non obligante. Deinde non videntur obligati esse ad missiones, in quibus vitae adesset periculum. Quia generale obedientiae votum, quod initiat legis Ecclesiasticae de eadem relate obligat, non potest cum periculo vitae obligare, sicut nec lex Ecclesiastica. At quantum hoc votum emittentes, hoc vitae periculum subire tenentur: siquidem obligantur expresse ire ad Turcas, haereticos, & schismaticos, ubi vitae periculum frequenter adest. Sanch. l. 6. Decal. c. 18. num. 5. Praeterea emittentes hoc obedientiae votum, quasi ex officio tenentur esse parati ad quasi bet missiones quantumcumque periculosas peragendas: professi vero votum votorum, & Coadiutores formati ad eas non videntur obligati, sed ad summum in Professorum quatuor votorum defectum: ergo votum hoc obedientiae specialis Pontifici aliquam specialem obligationem inducit, quam non inducit votum generale obedientiae in aliis Religionibus, & in Societate. Ergo superfluum non est, sed necessarium. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. l. 6. cap. 4. num. 33.

135 *Pater bini esse vili.* Hinc continetur, vtilissimum esse. Quia quod necessarium est, à fortiori est vtile. Vtilitatem praeterea eius expressit Iulius III. in *Bulla confirmationis*. Primum dicit esse vtile ob maiorem ad obedientiam Sedis Apostolicae devotionem; expediebat enim maxime, ut tota aliqua Religio hanc obedientiam summo Pontifici praestaret eo tempore, quo ab eius obedientia tot haeretici, tot schismatici recedebant. Secundò, ait, vtile esse ob maiorem nostrae Societatis humilitatem, quam exercet, se totam Pontificis obsequio tradendo. Tertiò, ad perfectam universalisque mortificationem, & voluntatum nostrarum abnegationem, cum parati simus, ad quaslibet mundi partes peragendas, prout Pontifici visum fuerit. Quod vero vtilius sit votum hoc fieri summo Praefato, quam Generali Praeposito, duplici ratione convincitur. Prima, quia eo voto specialiter auctoritas Pontificis recognoscitur. Secunda, quia hac via professi securius se periculis exponunt, cum sint à Christi Domini Vicario immixti, quem praesumere possunt, in illius praecepti impositione certior Spiritus sancti directione duci, ut dicit Gregor. XIII. in *Bulla, Ascendens Domino*. Neque obstat, Pontificem singulos Societatis Professos non recognoscere: sufficit, quod certa sciat, esse in Societate plures suae obedientiae ita dicatos, ut

Seçt. II. de Societate Iesu Dubia. 231

ut quocunque eos mittere velit, obligati sint pergere. Ad cuius finem cauetur, p. 7. *confut. cap. 1.* ut Praepositus generalis, cum nouus Christi Vicarius in Apostolica sede fuerit constitutus, per se, vel per alium intra annum ab eius assumptione, & coronatione teneatur Sanctitati suae declarare professionem ac promissionem expressam obedientiae, qua ipsi Societas peculiari voto circa missiones ad Dei gloriam se obstrinxit. Adde plures e societate celebres quidem à Pontifice dignosci posse tum ex fama, ac relatione, tum quia libet triennio Procuratores Prouinciarum in Vrbe congregantur. Manet itaque indubitatum, hoc votum non modo esse utile, sed & necessarium, Ecclesiae sedique Apostolicae ac Societatis spiritualibus incrementis utilissimum. Palao 10. 3. d. 5. de statu Relig. pun. 3. numer. 4.

136
Est plane
votum so-
lemne.
Denique votum hoc solemne proculdubio est. Nec conclusio haec potest indubium reuocari, quia expresse definita est à Gregorio XIII in Bulla, *Ascendente. ibi. Tribus illis sub-stantialibus votis solemnitibus quantum similiter solemne addunt speciale summo Pontifici obedientia circa missiones praestanda.* Solemnitas autem huius voti in eo consistit, quod medio illo se Religiosus tradit in dominium, ac potestatem Pontificis in ordine ad missiones peragendas, ita ut respectu huius finis iam non sit sui iuris, nec religionis, sed Pontificis. Quod aded est verum, ut si Religiosus, hoc emisso voto, vellet de se aliter dispoñere, infirma esset talis dispositio, & delinqueret graniter non solum contra Religionem, sed etiam contra iustitiam ob violatum ius Pontifici acquisitum. Quae quidem in voto simplici obedientiae non procederent. Suar. 4. de Relig. tr. 10. l. 6. c. 4. num. 38. & 39.

DVBIVM XXIV.

Votum simplex primum, quod professi emittunt de non relaxanda paupertate, obligatne, cum Pontifex proprio motu relaxationem eius facit absolute & independenter à Religione?

137
De voto
non relaxa-
di pauper-
tatem, plura
promitto.
Vidimus professos quatuor doctorum, & trium solemnitum post vota solennia emissa quinque vota simplicia emittere, quorum primum est, de non relaxanda paupertate, hac forma expressam: *Promitto, nunquam me alium quacunque ratione, vel consensum, ut quae ordinata sunt circa paupertatem in constitutionibus Societatis immutentur, nisi quando causa iusta rerum exigentium videretur paupertatem restringenda magis.* Difficultas autem est, num aliquando cesset huius voti obligatio: pro duplici autem casu contingit dubium. Primo, si res decursu temporis ita mutantur, ut spectatis omnibus circumstantiis, appareat grauius fore Deo fieri mutationem: verbi gratia quod domus professae habeant aliquos annuos redditus. *Esob. & Mend. Theol Mor Tom. VII.*

ditos ac professiones, saltem ad Sacrificium, vel fabricam, in eo casu agere, & procurare constitutionis innovationem voto aduerietur: Et quidem si id certo constet (quod raro contingit) eundem esse se non aduersari voto, agendo, ac procurando constitutionis innovationem, quia eo casu votum cessat: nequit enim esse maioris boni impedimentum. Votum enim de non innovandis Societatis constitutionibus, intelligitur, dum id societati conservandae convenientius fuerit. Verum si dubia sit convenientia, nullo modo poteris agere, & procurare constitutionis innovationem, quia voti certa obligatio haud potest ob dubium superveniens cessare. Ratione tamen huius dubij (quod praesumitur prudenter concipi) poteris tum in Congregatione generali, tum Pontifici rationes proponere quae dubium ingerant, non animo relaxandi paupertatis constitutionem; sed vestigandi, ac dignoscendi: quid convenientius sit, relaxare constitutionem, an in illa firmiter persistere. Suar. 10. 4. de Relig. tract. 10. l. 6. cap. 7. num. 12. Sanchez l. 6. Decal. cap. 18. num. 10. Secundus casus est, an huius voti obligatio cesset, cum Pontifex proprio motu relaxationem facit? Tripliciter autem potest Pontifex relaxationem concedere. Primo absolute, & independenter à Religione: non tamen arctando Religionem ut illa concessione utatur, sed eam liberam relinquendo. Secundo potest relaxationem voti concedere non absolute, sed dependenter à Religionis acceptione. Tercio, concedere relaxationem potest, obligando ad illius admissionem, si hoc tertio modo Pontifex relaxationem concedat, eo quod indicet paupertatem promissam Religionis conservationi non expedit, certum est, voti obligationem cessare, quia votum non potest esse contrarium praepcepto. Sanchez lib. sexto sum. capite 18. num. 9. Primus & Secundus modus ingerunt non leuem difficultatem. Quaerimus igitur circa primum modum. An cesset voti obligatio? Pontifex proprio motu absolute & independenter à Religione, relaxationem non tamen arctando Religionem ut illa concessione utatur, sed eam liberam relinquendo? Non cessat obligatio voti, sed vi illius obligatur Societas illiusque Professus, Pontificis concessionem non admittere, quia volunt, non consentire paupertatis relaxationi: At non cedendo concessionem relaxationi consentiunt: Tenentur ergo ex voto concessionem non admittere. Sic Sanchez libro sexto Decalog. capite 18. numero 15.

Cessat voti obligatio, nec tenetur Societas, vel professus eius Pontificis concessionem non admittere, quia haec relaxatio motu Pontificis fit independenter à Religione, eaque posita obligatio voti paupertatis quoad illam partem omnino cessat: Ergo cessat etiam obligatio voti de voto paupertatis in sua puritate conservando. Ita Suar. tom. 4. de Religione. tractat. decim. libro sexto capite sexto numero 16.

140
Hoc probabilius esse non dubito. Nam ex hoc probabitur huius voti professus est obligatus bilius esse solum.

solum ad nihil agendum ob relaxationem paupertatis: Ergo solum est obligatus ad negandum consensum, qui relaxationi cooperetur: Igitur obligatus non est, ad negandum consensum, qui relaxationem legitime factam admittat, quia eo consensu non agit ad paupertatis relaxationem, sed relaxatione facta vitatur. Mecum Palao *to. 3. d. 5. de Stat. Relig. p. 4. n. 11.* probans à Congregatione generali secunda *decr. 28. & can. 21.* manifeste hanc sententiam indicari.

DVBIVM XXV.

Cessatne, obligatio voti de paupertate non relaxanda, si Pontifex concedat relaxationem paupertatis non absolute, sed dependenter à Religionis acceptatione?

¹⁴¹
Nonnulla
recolo.

Maiorem profecto ingerit difficultatem modus ille secundus, quo dixi *Dub. 24.* posse Pontificem paupertatis relaxationem gerere, scilicet, cum per modum privilegij relaxat paupertatem sub tacita conditione, si Religio iudicans sibi expedire, eam relaxationem acceptaverit; qualiter Pontifex Honorius cum D. Clara se gessit, relaxationem paupertatis concedens, ipsa vero sanctissima Spiritus Seraphici Patris Francisci filia concessionem cessit, & humiliter postulavit, ne permetteret ipsam, & sibi subditas à primario spiritu deniare. Quæstio igitur est, an facta hac concessionem teneantur Societatis professi, ei renunciare, vel possint voto non obstante concessionem admittere? siue an hoc in casu voti obligatio cesset?

¹⁴²
Non cessat
obligatio
voti.

Non cessat. Quia relaxatio paupertatis in hoc casu pendet ex Societatis acceptatione. At Societatis Professus vovet, se nihil acturos, nec præstituros assensum ad paupertatis relaxationem: Ergo vovet in eo casu non acceptare, cum per acceptationem paupertas relaxetur. Sic huius sententiæ veritatem supponit Palao *tom. 3. d. 5. de statu Relig. p. 4. n. 12.*

¹⁴³
Obligatio
voti cessat.

Cessat sane obligatio voti. Quia ea acceptatio voto non aduersatur, cum non sit causa relaxationis, sed conditio, ut relaxatio proprio motu à Pontifice facta effectum obtineat. At Societatis Professus, solum promittere videtur, se non procuraturos, nec consenturos in paupertatis relaxationem, procuratore, inquam, & consensu, qui illius causa sit. Ergo Ita Suar. *tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 6. cap. 6. n. 16.* consentit Palao citatus.

¹⁴⁴
Hoc satis
probabiliter
defendo.

Ego autem existimo priorem sententiam verorem esse: satis vero probabilem esse secundam, quam defendo. Quia sciens Pontifex, Societatem obligari voto speciatim, ad nil agendum in paupertatis relaxationem, & eo voto non obstante, relaxationem concedat Societatis arbitrio remissam: proculdubio censetur in voto dispensare, vix potest quid necessario prærequiritum, ad legitimam con-

cessionis acceptationem. Neque enim præsumendum est, Pontificem velle, suæ gratæ acceptationem peccaminosam esse.

DVBIVM XXVI.

An contra votum non ambiendi praelationem, Professus Societatis peccet, si aliquam actionem exerceat externam (remote quidem) ad dignitatem obtinendam, eo animo & intentione.

Hoc votum Professus hinc verbis emittunt: *Præterea promitto, nunquam me De voto acturum, nec præsumum, nec indire-* ¹⁴⁵
ctè quidem, et in aliquam praelationem, vel dignitatem in Societate eligi, vel promoveari, tam Quæstio vero, an peccet contra hoc votum Professus, qui aliquam actionem externam exercet aptam ad obtinendam eo animo & intentione, verbis gratia, si studij vacet, si regulas obsequet, si virtutem simulat, si bonam apud Generalem, & Provinciales estimationem procurat, si beneficia, vel obsequia præstet?

Ex his actionibus aliæ sunt bonæ, & honestæ, quæ solum ex intentione vitantur, *Peccat ali-* ¹⁴⁶
quales sunt studij vacare, obedientiam præ- *stare, regulari discipline insistere, Has si Pro-* *fessus præstet animo querendi praelationem, satis exp-* *voto non aduersatur, Quia solum est ambi-* *endo interior, & quoad Deum: non exterior, & quoad homines. Aliæ sunt actiones in-* *differentes, quæ si bono fine careant, statim contrahunt, quandam ambitionis speciem. Hæ sunt virtutem fingere, superiorum benevolentiam obsequiis procurare, bonam apud Generalem estimationem habere ex aliorum relatione. Has si professus præstet animo querendi dignitatem, peccat contra votum. Quia est indirecta præsentio, nulla enim est indirecta præsentio efficacior, quam quæ iis viis paratur. Sic Suar. *tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 6. c. 7. n. 10.**

Nulla ex annumeratis actionibus voto aduersatur, nisi iis circumstantiis facta sit, ut prudenter ex illa colligi possit ambiciosus operantis animus. Quia per illud votum non prohibetur quilibet ambitio, & præsentio apud homines, qui possunt concedere praelationem. At dum quis illarum actionum exercitio prauum animum non manifestat, non ambit apud homines, nec prætendit, cum eos omnino lateat: Ergo illis actionibus sic exercitis voto non aduersatur. Ita Sanch. *l. 6. Dec. c. 18. n. 19.*

Hoc sapientissimi Suarj venia, verius esse ¹⁴⁸
crediderim. Nam si ab illis actionibus (quas *Hoc verum* *Doctores ipse condemnat*) intentionem quæ *est peccat.*

DVBIVM

D V B I V M XXVII.

Ex voto, quod Professus Societatis emittunt, manifestandi ambientes praelaturam, vel dignitatem teneturne denunciare eos iudicialiter, cum denunciatio iudicialis fieri potest?

¹⁴⁹ *Questionis status ex quarto voto manifestandi ambientes*
Quartum votum simplex hac forma à professoris nostris emittitur: *Tum si quem sciam aliquid prædictorum duorum (scilicet praelaturam aut dignitatem intra, vel extra Societatem curare, vel pretendere promissum illum remque totam me manifestaturum Societati, vel Praeposito eius Difficultas est, an professoris tenetur ambientem denunciare iudicialiter, cum denunciatio iudicialis fieri potest?*

¹⁵⁰ *Tenetur quidem.*
Tenetur quidem, maxime si præceptum superioris de iudiciali denunciatione faciendâ accedat, quia cum votum sit generale, utramque denunciationem comprehendens debet intelligi de denunciatione, quæ bono communitatis Societatis sit convenientior. At bono Societatis communi sæpe expedire potest, ut denunciatio iudicialis fiat, tum ut delinquens puniatur, tum ut aliis sit in exemplum. Ergo eo casu ex voto professoris obligatus videtur iudicialiter denunciare, Sic graves, quos consului, Doctores, quorum sententiam veram esse supponit palao 10. 3. d. 5. de statu Relig. p. 7. n. 3.

¹⁵¹ *Non tenetur.*
Non tenetur, neque ex vi voti non amplius obligatur, quam ad denunciationem faciendam abstrahendo à iudiciali, vel paterna denunciatione, quia votum solummodò denunciationem induxit absque huius vel alterius expressione. Ita Suar. 10. 4. de Relig. tr. 10. l. 6. c. 10. num. 9. Et probabile esse docet palao citatus.

¹⁵² *Idem assero.*
Idem asserens hanc eligo sententiam, addens cum ipsis, etiam in casu, quo necessaria esset iudicialis denunciatio, te voto satisfactorum, si paterne denuncies, licet aliunde vel ex charitate, vel præcepto superioris obligeris iudicialiter denunciare.

D V B I V M XXVIII.

Professor Societatis teneturne ex huius voti vi denunciare non solum Professos ambientes dignitatem, vel praelaturam, sed etiam Scholares, ac Coadiutores formatos?

¹⁵³ *Tenetur denunciare etiam non professos.*
Tenetur denunciare omnes tam professos, quam non professos, quia formula, qua hoc votum emittitur, generalis est, ibi: *Tum, si quem sciam.* Non enim dicit, *si quem professum*, sed absolvit, *si quem sciam.* Comprehendit ergo omnes Societatis Religiosos. Adde, ambitionem locum etiam in non professis habere posse: & ex eorum ambitione Societati non levia damna exoriri. Eschob. & Menz. Theoria Moral. Tom. VII.

ri. Ergo ut bono Societatis satis prouisum censetur, hi omnes denunciandi sunt. Sic Sanchez l. 6. Decalog. c. 18. num. 54.

Non tenetur denunciare omnes, sed solum ¹⁵⁴ *on tenetur non professos ambientes, quia votum hoc denunciationis faciendæ est, uti duo antecedentia vota de non procurandis dignitatibus intra, vel extra Societatem integrè obseruentur: unde solum eos qui ea vota emisere, comprehendit. Quare etiam generaliter professus voveat denunciare, si quem sciat pretendere dignitatem intra vel extra Religionem: ad ex adiunctis manifestè limitatur ad eum, qui ex voto fuit obligatus, non pretendere facitque hunc sensum: Tum si quem ex supradictis votantibus sciam, &c.* Ita Suar. 10. 4. de Relig. tr. 10. c. 10. n. 7.

Hac sententia mihi est probabilior. Nam ¹⁵⁵ *Probabilior* esto in non professis ambitio possit locum habere. At non inde inferitur, votum illud ad non professos denuncandos extendi. Sicut sententia est, enim votum non procurandi dignitatem extensum non fuit ad non professos: neque etiam votum professorum de denunciandis ambientibus ad illos debet extendi. Horum enim ambitioni satis consultum credidit. Diu. Ignatius regulæ, ac charitatis obligatione.

D V B I V M XXIX.

Professor ex voto denunciandi ambientes, delictum emendatum tam quoad culpam, quam quoad eius effectum teneturne denunciare?

¹⁵⁶ *Denunciare tenetur.*
Tenetur denunciare, quia huiusmodi denunciatio præscripta est, ut delinquens in aliorum exemplum puniatur. Qui quidem finis etiam in delicto emendato potest obtineri. Sic Sanchez libro sexto Decalog. c. 8. numer. 60.

Non tenetur denunciare delictum emendatum tam quoad culpam quam quoad eius effectum, quia id colligitur ex formula, qua votum emittitur, & qua in constitutionibus emitti iubetur, & quæ à Gregorio XIII. in Bulla, Ascendente Domino, approbatur. Formula sic: *Tum si quem sciam procurare, vel pretendere.* Non dicit, si quem sciam procurasse, vel pretendisse. Constitutio autem 10. §. 6. ita: *Et quos agere animaduertunt.* Quæ verba actionem actuale, non præteritam denotant. Gregorius vero in hunc modum si quem sciam aliquid huiusmodi moliri. Quæ sine dubio verba præsentem delicti patrationem important. Ita Suar. 10. 4. de Religion. tractat. 10. libro sexto capite decimo numer. 15.

Veriorem mentem hanc esse reor. Nam ¹⁵⁸ *Veriorem* cum D. Ignatius voluit ambitionis delictum præteritam denunciari ita expressit. Sic in mentem ambitione Generalatus part. 8. const. capite hanc esse octavo paragrapho secund. ibi: *Si sciat, aliter reor.* quem hoc munus affectasse, vel etiam tunc affectare. Ergo cum in illo voto de sola affectatione præseti fuerit locutus, de sola illa est votum intelligendum. Neque obligatio voti sicut & legis extendenda est ad casum sub verbis non comprehensum.

prehensum. Notanter autem addidi. *Si delictum emendatum sit non modo quoad culpam, sed etiam quoad eius effectum.* Nā contingere potest, quod aliquis praelationem ambierit, & de ambitione penitentiam egerit: tamen effectus ambitionis non sit emendatus, sed sit in pendenti, efficaciterque electorem mouens ad electionē. Eo casu crediderim te esse obligatū denunciare, Quia ambitiosus ille in virtute, & in effectu molitum, agit, & procurat praelationem. Et quia finis ob quem votum iniungitur, qui est, ne dignitates ambitione obtineantur, integer perseverat. Necum Palao 10.3.d.5. de statu Relig. pun. 7.n.6.

DVBIUM XXX.

Gratia petendi consilij delictum ambitionis cuidam Societatis professio est reuelatum. Teneturne ex voto illo, superiori denunciare delinquentem?

159
Tenetur denunciare.

Denunciare potest, & consequenter ex vi voti tenetur. Quia generales rationes, quod secreti observatio non adstringit in damnum commune, in praesenti casu procedunt. Si quidem ex huius secreti observatio Societati imminet damnum, quod tantopere D. Ignat. vitare curavit, scilicet ambitionem omnium malorum matrem locum in Societate habere. Et quidē ipse delinquens gravior laeditur secreti observatio, quam eius manifestatione laederetur. Nam ex hac facta superiori ut Patri, nec potest affici infamia: nec puniri: poterit autem à peccato remoueri, & obligari, ut ab iniqua intentione desistat: quae certe amplius aestimanda sunt, quam levis infamia, quam apud superiores delinquens potest habere. Sic Sanch. l.6. Dec. c. 18. n. 57. dicens secretum solummodo esse seruandum, si consulens recipuerit.

160.
Minime tenetur.

Minime tenetur. Quia enim liber Religioni utilis ac convenientius est, ut Religiosi intelligunt, cum consilium petunt pro alicuius delicti remedio, secretum sibi esse seruandum, quam nocere possit, quod una, vel alia vice dignitas vel praelatio ambitione obtineatur. Nam persuadentes sibi secretum esse seruandum, regulariter delicta efficacius, & suauis vitantur, dum consiliario aperiantur, quae quidē secreta serperent, cum maiori Religionis dāno. Ideo in congregatione generalis 6. decr. 54. can. 12. (vbi de manifestatione delictorum superiori facienda) dicitur, intelligi de illis, quae ab aliquo alio notata, & observata fuerint: non autē de iis, quae ipsimet secreto, & consilij petendi gratia, ut dirigantur, vel inueniantur, alteri communicauerint. Ita Suar. 10.4. de Relig. 17. 10. l.6. c. 10. n. 29. & 30.

161
Auctoris resolutio.

Ego autem certum existimo praefatam consultationem non esse sub sigillo confessionis seruandam. Nam licet ad confessionē dirigatur, non ex se, sed ex relatione extrinseca consulentis dirigitur. Sigillum autem confessionis sola confessio inducit, non extrinseca relatio. Ergo ibi adesse non potest sigilli secretum Suar. citat. n. 28. & 29. Sanch. n. 57. Vnde fit, casum esse posse, quod secretum commissum sub hac consultatione seruandum non esset: nempe cum eius reuelatio esset ad im-

pendendum damnum graue Reipublicae, vel inuicēti necessaria. Nau. sum. c. 2. s. n. 46. Corduba qq. l. 1. q. 43. dnb. 2. casu 3. Verum et si sub sigillo confessionis praefata consultatio seruanda non sit: credo seruandam omnino esse: & raro, vel nunquam ob delictum per consultationem scitum, esse manifestandum propter rationem pro secunda sententia expressam. Profecto hoc secretum non seruatur ob vitandum damnum delinquentis, sed ad vitandum damnum commune, quod ex consultationis omissione communitas pati posset.



CAPVT XII.

Circa dimissionem à Societate, & ad alium Ordinem translationem,

DVBIUM XXXI.

Religiosi Societatis non professi possunt nulla intercedente causa à Religione expelli.

Nulla causa intercedente, saltem valida, possunt expelli. Quia causa haec requiritur poterat, vel ex constitutione, vel ex regula, vel ex contractu, quae Religiosus per vota simplicia cum Religione inuit, si solum ex constitutione, & regula, cum nulla ad peccatum obliget nullum Generalis peccatum committere, si absque causa hos Religiosos dimittat. Esto autem aliquid peccatum perpetraret, sicuti perpetrat superior, non inuitum sine causa à Religione expellens: quia tamen constitutio, & regula dimissionem non irritat, tenebit factū, sicuti tenet in nouitio sine causa dimisso. Si autem ex contractu imbibito in votorum simplicium emissionem causam expostulari in istis, eo quod Religiosus se tradidit Religioni obsequenturum, & Religio obligatur perpetuo eum secum retinere, nisi causa iusta dimissionis adsit. Obstat quidem quia repugnat modo quem Societas seruat in horum votorum admissione: admittit enim ea nullam in se suscipiendo retentionis obligationem, sed quousque ipsa voluerit retinere, & sub ea conditione Religiosus vota omittit, ipsique erant itent, manifestatur. Exam. c. 6. §. 3. lit. A. & c. 7. §. 1. & 2. & p. 1. const. c. 4. lit. B. & D. Ergo nolente Religione Religiosum retinere enanescet obligatio, quae à Religione voluntate dependebat. Si enim quis se seruū alicui traderet, quousque ille seruū eum habere voluerit, non obinde Dominus hanc traditionē acceptans, obligatus esset eum seruū retinere, sed poterit, cum sibi placuerit, eum manumittere. Ne ergo contra constitutionem procedatur, asserendum est, nullam Societati obligationem esse retinendi Religiosum ex votorum simplicium emissionem. Sic nonnulli argumentantur, & non omnino improbabili- ter, ut innuit P. Castro Palao. 10.3.d.4.p. 20. numero 3.

Expelli non possunt, sed non solum ex constitutione

Secl. II. De Societate Iesu Dubia. 235

Expelli non
potest, si
causa non
adit.

stitutione & regula, sed etiam ex votorum
emissione obligata est societas retinere Scho-
lares approbatos, & Coadiutores firmatos, dum
non se offert illa causa expulsiōis. Ex
constitutione quidem obligatur. Nam Dñi.
Ignatius in exam. gener. cap. 6. in eius declara-
rat. dicit: *Non est in iustum, ut pater in li-
teris Apostolicis si Societas libertatem ad eos
dimittendos, quando non faciunt quod debent
retinere. Illud expende: Quando non faciunt,
quod debent. Quasi solum ex conditione stan-
te, Societas habeat ad eos dimittendos liber-
tatem. Addit inferius: Nec id (scilicet Societate
Religiosos expellere) sine causis iustis fieri
debet.* alias constitutiones mitto, ubi id aperte
confirmatur. Verum non solum ex constitutione,
sed etiam ex ipsa votorum emissionem hanc So-
cietas obligationem contrahit. Nam Religio-
sus se tradit Religioni, ut ab ipsa retineatur,
propterea ipsa obligata est, sic traditum reti-
nere. At Societas ex suis constitutionibus obli-
gata est Religiosum retinere, dum non se
offert legitima expulsiōis causa: Ergo Reli-
giosus se tradit Religioni retinendum, dum
non fuerit causa legitima expulsiōis. Ergo
Religio hanc traditionem acceptans non po-
terit absque causa legitima Religiosum à se
expellere: quod si contra gesserit, nulla erit di-
missio utpote facta à non habente potestatem.
Ita Suarez tom. 4. de Relig. 17. 10. l. 3. cap. 9. à
n. 10. late defendit & Palao n. 4. contestatur.
Mibi hoc omnino certum. Nam hæc tradi-
tio Religiosi est omnino diuersa ab ea libe-
ra traditione, qua quis se alicui tradit in ser-
uum. Nam Religiosi traditio fit sub obli-
gatione, quam habet Societas neminem
dimittendi absque rationabili causa. Illa verò
traditio sub nulla sit domini obligatione, cum
ipse nullam habeat, neque ex illius traditio-
ne velit subire, seruum retinendi.

164
Mibi hoc
omnino cer-
tum.

DVBIVM. XXXII.

*Quis iniquis mediis dimissionem extorsit
& obligatus ad Religionem redire,
Prouinciali veritatem manifestans ut
iterum admittatur, repulsam patitur:
manetne liber à votis?*

165
Certa præ-
mitto.

Certum est, eum, qui mediis iniquis, seu
fictis causis dimissionem extorsit, obligatum
esse ad Religionem redire. Quia nulla fuit
dimissio; unde debet apponere media, quæ
ad hunc finem necessaria fore iudicauerit. Cum
autem primum, ac præcipuum sit fraudem
delegere, & malitiam commissam declarare,
presumatur, delicta ex praua indole com-
misisse, necesse corrigendum: sine dubio ad
fraudis manifestationem obligatur. Quod si
fraude detecta superior potestatem habens
recipiendi, & dimittendi, nollet illum reci-
pere, eo ipso liber à votis est. Quia illa repul-
sa est tacita dimissio, seu præcedentis dimis-
sionis ratificatio. Notanter dixi, *Si nollet eum
recipere superior potestatem habens recipien-
di, & dimittendi.* Nam si solum habeat po-
testatem recipiendi, non tamen dimittendi,
ut contingit in Societatis Prouincialibus, dif-
ficile est, nam detecta Prouinciali veritate,

& ab eo repulsus liber maneat Religiosus il-
le à votis, quæ illi gatus fuit à Societate ex-
pulsus?

Liber profecto manet, quia cum prouincia-
lis habeat potestatem non admittendi iterum
eum qui à Generali dimissus est, consequen-
ter habet potestatem ratam habendi priorem
dimissionem, quando illum denuo admittit,
hanc expedire indicauerit. Sic Sanchez l. 6.
Decal. cap. 9. n. 66. fine.

Non manet liber. Quia ex eo quod pro-
uincialis habeat potestatem non admittendi ite-
rum eum, qui à Generali dimissus est in-
ferri non potest habere potestatem ratam
habendi dimissionem illam nullam à Gene-
rali factam. Aliud enim est, non admittere,
aliud dimittere. Habet prouincialis potes-
tatem non admittendi dimissum, non tamen
ad verè dimittendum eum, qui verè dimissus
non est. Ita Castro Palao tom. 3. d. 4. de statu
Relig. pun. 20. n. 11.

Fateor Doctissimi P. Thomæ Sanchez do-
ctrinam mihi esse difficilem; suppono enim
dimissionem factam à Generali, vel à Pro-
uinciali eius nomine nullam fuisse, utpote
fraude extortam suppono deinde Prouincia-
lem potestatem non habere dimittendi eum,
qui ex industria, ac malitia ad finem ex-
torquendi dimissionem fictas causas exponit.
Ex his verò suppositis manifeste videtur in-
ferri, ex sola Prouincialis repulsa, veritate de-
fecta, eum liberum à votis non esse, quia Pro-
uincialis nequit firmam, & ratam habere di-
missionem quam facere non potest. Unde ut
liber quis à votis existat, probabilis iudicio,
eum debere Generalem consulere, eique ve-
ritatem voce, aut internuncio aut literis ma-
nifestare.

DVBIVM XXXIII.

*Præpositus Generalis potestne facultatem
concedere ad strictiorem Ordinem tra-
seundi eum, qui culpas expulsiōe
dignas non commisit, sed à Societate
dignè, ac iuste retinetur?*

Non est dubium, hunc transitum permit-
tere posse comparatione illorum, qui ob
sua delicta digni sunt, ut à Religione ex-
pellantur, quia id expresse decusum est à Gre-
gorio XIII. in Bulla quæ incipit, *Cum alias?*
Quare questio est solum, an etiam compara-
tione illorum, qui culpas expulsiōe dignas
non commiserunt, qui quæ à Societate dignè ac i-
uste retinentur, huc profecti possit Præpositus
generalis facultatem concedere ad laxiorem
Ordinem transeundi?

Non potest, quia transitus ex Mendicanti-
bus ad quamlibet Religionem Monachalem
(Carthusia, excepta) prohibitus est absque
Pouificis facultate. *Extraneæ Viam ambitiose eam facul-
de Regularibus.* Transitus verò ad Religionem
laxiorem cauetur à Tridentino sess. 14. c. 11. ne
fiat cuiuscumque facultatis vigore. At aduer-
sus has prohibitiones Præpositus Generalis non
est speciale privilegium concessum: Ergo nequit
suis subditis processis ad Religionem laxiorem
transitum concedere. Minor probatur, quia
Paulus III. Pius IV. & Pius V. solū in cōsti-
tutionibus

166
Liber ma-
nat à votis.

167
Liber non
manet.

168
Auctoris
resolutio.

169
Certa sup-
pono.

170
Concedere
non potest.

tionibus suis interdixere, ne ullus e Societate ad quamlibet aliam Religionem (Carthusia excepta) transiret nisi de licentia sedis Apostolicæ, vel Generalis Præpositi. Sed ex hoc interdico non infertur præpositum Generalem posse concedere licentiam ad laxiorem, sed ad summum posse concedere ad eam Religionem, ad quam spectato iure cõmunis, potest concedere scilicet ad strictiorem. Nam verba in constitutione posita explicad. sunt iuxta communem usum, ita ut quoad mineri fieri possit, illud laedant. Igitur excipiuntur. Pontifex, & Generalis Præpositus iuxta potestatem, quam spectato iure cõmunis, vñul- quisque habet : ut scilicet nullus e Societate possit transire ad Religionem quamcumq; sine Pontificis, vel Præpositi Generalis licentia; sine licentia, inquam, Pontificis ad monachalem, vel laxiorem, sine licentia Præpositi Generalis ad æqualem, vel strictiorem. Præterea ex Bulla Gregorij XIII. incipiente. *Cum alias*, cã non habet potestatem. Nam ea Bulla (vt ex ipsius præmio constat) expedita fuit, ad decidendum dubium ortum ex concessione Pauli II. Pij IV. & Pij V. nèp, an Præpositus Generalis possit etiam professos ex causis id exigebus ab ipsa Societate emittere, aut eis sic emissis liberum sit de eius licentia se ad quæpiam aliorũ men-licentiam, vel non mendicantium Ordinem transferre. Quia dubitatione posita, inquit Gregor. *Nos re pensata, atq; diligenter examinata. Societati ipsius puritatis, atque incremento, emissorũque pro tempore saluti consulere volentes, statuimus, vt deinceps in perpetuum liceat: dicto Præposito, quò iudicauerit, ad ipsa Societate emittere eosque de ipsius Prælati licentia non tantum ad Carthusiensem, sed ad quævis alium Mendicantium, vel non Mendicantium parvũ, laxiorem, aut arctioris observantia Ordinem per ipsum Præpositum illis præscribendum, de consensu tamen superioris loci illius, quò destinatum demigrare, in eisq; professionem per loci illius Monachos, alijque Regulares eisdem emissi solitam, emittere, habitumque suscipere, & consueta vti eorum disciplina. Ex quibus verbis solũ conceditur Præposito Generali facultas permittendi transitum ad Ordinem laxiorem iis, quos emittere e Societate debere iudicauerit. At non indicare non aliqũ ex professis emitti debere, nisi gravia picula digna dimissione commiserit. Ergo ex hac Bulla præpositus Generalis facultatem non habet concedendi licentiam in laxiorem Ordinem transiendi iis, qui eum transitum appetunt, eo quod Societatis minister non alia habiles existant, vel ex eo quod sperant, in alia Religieq; maiorem spirituales profectum habituros, vel ob alias similes causas. Sic Suar. to. 4. de Relig. tr. 8. l. 3. c. 12. n. 38.*

171
Eam potest
concedere.

Potest equidem prapofitus Generalis concedere tranfitum etiam ad laxiorem Ordinem omnibus & Societate profefsis, quammvis nulla delicta commiferint, nequidni fiat expulſione. Quia Gregor. XIII. in prefata Bulla volens conſulere Societatis puritati, ac incrementum, emiſit ſtatuti, privilegium prapofito Generali conceſſit, vt quos indicauerit, ab ipſa Societate emittere, tum ob Societatis puritatem, tum ob eius incrementum, tum ob diſmiſſorum ſalutem tranſitum ad quamcumque

Religione concedat. Sed ad Societatis purita-
tem, & incrementum, præcipueq; ad emissio-
is salutem non solū pertinet concedere transitū
iis, qui ob sua scelera digni sunt expulsi-
one: sed etiam iis, qui minora delicta committunt:
vel minus apti Societatis ministerii inueni-
tur, vel qui sperant maiorem consolationem, &
spiritualem profectum in alio Ordine se habi-
turos: Ergo de iis omnibus iudicat Præposi-
tus Generalis poterit expedire effluos volē-
tes ē Societate emittere, non vt in sæculo vi-
uant, sed vt in alia Religione quæ ipse Præpo-
situs generalis præscripserit, persequantur.
Ita Sanch. l. 6. Dec. c. 7. n. 68. in fine, & n. 71. Et
Suaris, mutato consilio, r. 4. de Relig. r. 10.
l. 1. l. 6. 2. per totum.

Hanc sententiam longè veriore esse iudico. Nam Gregor. speciale *ibi* privilegium Societati concessit, quod nolit aliis Religiosis communicari. At si solum extenderetur ad Religiosos expulsos, nullū speciale ellet, cū quilibet Religio in habeat permittendi in eis expulsis, in quālibet religionē transferre, ino ipsi, quāvis renuente Religionē, hanc habere facultatem. Neque valet dicere, illa esse privilegia Societatis, vt ex leuioribus causis, siue nō adeo grauibz valeat profectos expellere, quia id est esse privilegium ad expellendum, non ad concedendum transitum in aliam religionē. Gregor. autem non agit ibi de causis expulsionis, sed supponens ex causis id exigentibus posse profectos dimitti: cōcedit Præposito Generali facultatem permittendi transitum in aliam quācumq; religionem quibzvis profectis, quos iudicauerit, Societate in alium Ordinem emittere. Emittere, inquam, non tantū rennentes in delicti pœnam cōmissis, sed *volentes, &* dimissionem petentes ob aliquem honestum finem. Et hoc est privilegium speciale Societati concessum, quo cæteræ Religionēs non fruntur.

C A P V T XXII.

Circa capacitatem Iesuitarum hereditariæ possessionis, & mysteriorum sine stipendio exercitamentum.

D V B I V M XXXIV.

*Si aliquid stabile domui professa relin-
quatur quod quidem debet quam pri-
mum redditum, opportunitas ad id
expectatur, potestque locari, aut con-
duci, redditusque in professorum con-
verti utilitatem?*

Quidam *scilicet* .i. domum professam So-
cietatis incapaces esse possidendi
habile bonū relinquatur, vendi debere, quā pri-
mum opportunē fieri possit. Sed quia cōtingit
sepe non inueniri statim emptorem, qui ius-
tam det estimationē, opportunitas esse ex-
pectandam. *Questio* igitur est, an interim ea
bona possint locari, seu conuicti, & redditus
in professorum vilitate conuerti?
possunt quidem, modo breui tempore, scilicet
infra

175
Non possunt
dem.

Infra decennium fiat. Quia redditus illi, qui 16-
go tempore non perissent, pro elemosyna,
qua domus professi victit, potest reputari.
Sic Sanch. l. 7. Dec. c. 27. n. 22.

176
Cum his
opinor.

Minime possunt. Quia Societas professi ab-
soluere dicuntur, pro illo tempore redditus ha-
bere, ac mendicantem excludere, contra pro-
hibitionem, in sepe in constitutionibus prescrip-
tam. Ita Castro palao 10. 3. d. 3. de statu Re-
lig. pun. 10. n. 3.

Certe cum in const. p. 6. c. 2. n. 3. lit. B. & ali-
bi tam arcte mendicitas domui professi So-
cietatis indicatur, licet Sancti sententiam pro-
babilem esse iudicem, probabiliorem longe
secundum esse crediderim. Ideo asseruerim, fru-
ctus illos in pauperes esse expendendos.

DVBIVM XXXV.

Quis testamentum condens, grauat ha-
redem, ut singulis annis domus profes-
se certam tribuat pensionem pro su-
sultatione Religioferam, vel pro fa-
brica, vel pro sacristia ornata: Valet ne
legatum?

177
Non valet.

Non valet. Quia est legatum annuorum
restituendum, quorum Societas professi in-
capax est. E: quia ut singulare privilegium
concessu videtur fundatoribus Ecclesiarum, ut
possint hos annuos redditus pro Ecclesie fa-
brica relinquere, Constit. p. 6. c. 2. in Declar. lit.
B. Non enim abique causa fundatoris expres-
sum est nomen: Ergo comparatione aliorum
huiusmodi legatum est nullum. Sic nonnulli,
quorum sententiam imo et Palao 10. 3. d. 3. de
statu Relig. pun. 10. n. 3. esse probabilem.

178
Valet qui-
dem.

Valet legatum, huiusque grauat tenetur
domui professi id prestare. Quia ex voto
paupertatis iuxta Societatis constitutiones so-
lum interdicitur domui professi in civile ad
hos redditus acquiendos, non tamen illorum
acquisitio, si de facto dentur. Obligatio autem
haredis illos elargiendi supposita domus profes-
se capacitate, impeditur a Societate non po-
terat cum obligatio hanc ex dispositione, &
voluntate testatoris proveniat. Ita Palao citat.
Suar. 10. 4. de Relig. tr. 10. l. 4. c. 6. n. 9. Sanch. l.
7. Dec. c. 27. n. 9.

179
Hoc proba-
bilis esse
iudico.

Hoc probabilis mihi. Non enim obstat, So-
cietatem professam incapacem esse habendi
annuos redditus, quia id debet intelligi de an-
nuis redditibus, ad quos ipsa Societas ius ciuile
habet, secus de annuis redditibus copara-
tione Societatis grauitas, ac liberalibus. Neque
obicit constitutionis declarationem speciatim
legata fundatoris pro fabrica Ecclesie valida
declarasse, quia id fecit, ut indicaret, in hoc
casu sepe Societati conuenire, hanc legata ac-
ceptare, quod in legatis aliorum non aequi-
catur. Unde ex hac fundatorum expressio-
ne non licet inferre aliorum similia legata
sub paupertatis voto comprehendendi, nullaque
existere, imo contrarium non leuiter colligo ex
illis verbis constitutionis: *in rebus similibus*,
scilicet, in similibus legatis perpetuis idem ef-
fe dicen tu in dicto n. est de legatis annuo-
rum reddituum a fundatore constitutis.

DVBIVM XXXVI.

An ex voto teneantur, sed solum ex
regula, Societatu Religiosi nullum sti-
pendium pro nostris ministeris acce-
pere?

180
Questionis
statum.

Interdictum vidimus, scilicet, esse Societatis
Religiosis omnibus pro Missarum sacri-
ficis, pro concionibus, lectionibus, Sacra-
mentorum administratione, aliisque officiis,
quae Societas iuxta suum institutum exercet,
stipendium vilius, vel elemosynam, quae in hu-
manis ministeris dari assolent, admitti-
ro. Quaesierim autem, an obligatio hanc solum
sit ex regula, an etiam ex voto.

181
Obligatio
hac ex re-
gula solum.
non ex voto.

Obligatio hanc solum est ex regula, non ex
voto. Quia in Bulla Pauli III. quae incipit, *Re-*
gimini militantis Ecclesiae nostrum institutum
primo confirmante, votumque paupertatis,
cuiusque materiae exacte explicate, nulla me-
tio facta est huius obligationis: cum tamen si
esset, debet in declaratione apponi.

Certe in nulla constitutione, aut Bulla Pon-
tificis aperte constat sub voto, tanquam sub
eius materia hanc obligationem comprehen-
di. Nam licet in Bulla Iulij III. quae incipit,
Expedit debium Pastoralis officij, ubi Socie-
tatis institutum confirmatur, expolitum sit, So-
cietatis ministeria exequenda esse gratis om-
nino, & nullo pro suo labore stipendio, acce-
ptum: non inde inferitur, sub voto, tanquam sub
materia promissa hanc obligationem compre-
hendi. Quia ibi non paupertatis votum, sed
instituti condicio declaratur. In constitutioni-
bus vero, ubi huius rei mentio geritur, com-
mendatur illius observatio, non tanquam voti
materia, sed tanquam professionis nostrae pro-
prium, & edificationi proximorum maxime con-
ueniens. Sic nonnulli, quorum sententiam pro-
babilem esse docet Castro Palao 10m. 3. d. 3.
de statu Relig. pun. 11. n. 3.

182
Obligatio
hac est non
ex regula
ex voto.

Obligatio hanc non ex regula solius, sed ex vo-
to paupertatis est. Quia negari non potest, absti-
nenciam ab hac stipendij receptione propria
esse nostrae professionis, & instituti. Ergo est
propria voti paupertatis, cui substantia instituti
in votis consistit. Adde D. Ignat. in exam. gen. solu. sed ex
c. 1. n. 3. votum paupertatis declarans hoc vi-
detur expresse praescripisse. Nam postquam dixit,
tria vota in Societate emitti obedientiae, pau-
peratis, & castitatis, immediate subiungit: *Sic*
paupertatem accipiendo (promissam) *ut nec velis,*
nec possis redditus illos ad suam sustentationem,
aut quodvis aliud habere: nec etiam pro Mis-
sarum sacrificij stipendium. Non enim de alia
paupertate, sed de paupertate cadente sub voto
declaratio fiebat. Ita Palao ubi f. Nan. l. 3. de
rest. c. 1. p. 3. dub. 2. n. 170. in noua edit. Manu.
Reg. 99. m. 3. q. 19. a. 13. Sanch. l. 7. Dec. c. 28.
n. 6. Suar. 10. 4. de Relig. tr. 10. l. 4. c. 8. n. 10.

183
Hanc sen-
tentiam
defendo.

Hanc sententiam viuaciter longe defen-
do. Cui quidem non obstant rationes, quae pri-
ma sententia nititur. Nam quae desumitur ex
eo, quod in Bulla Pauli III. huius stipendij
mentio non fuit facta, quando paupertas de-
clarabatur leuis est. Quia opus non erat, exa-
ctè omnem paupertatis materiam declarare. Et
forte ob eius omissionem Iulius III. in nulla in-
stitutum Societatis confirmante ea circumstan-
tiam

tiam ut substantiae institui expellat, ac proinde ut voti materiam, Reliqua vero quae ex constitutionibus adducuntur nostrae potius, quam apposite sententiae fauent. Scio Congregatione generalem quoniam dubia in hac materia solum definisse, ad puritatem paupertatis obseruandam illius constitutionis pertinere. At hoc nihil probat contra resolutionem nostram, nisi quod non sit vndequaue certa, eaque de causa tantum ut probabilior, verior, ac securior, & constitutionibus magis conformem eam proponimus.

DVBIUM XXXVII.

Ille, cui a superiore concessum est, pecunias recipere: peccabitne lethaliter contra votum si eas in Missarum, vel concionum stipendium recipiat?

184
Status
quaestio.

SI probabile sit tibi prima Dubij proximi sententia scilicet, obligationem hanc non recipiendi ob Societatis ministeria stipendium, esse solum ex regula, & non simul ex voto: mox dubitabis, num peccabit quis aduersus paupertatis votum lethaliter, si habita superioris facultate ad recipiendas pecunias in sui vsum, neque inueniens gratis datas, eas accipit in Missarum, aut concionis stipendium.

185
Non peccabit lethaliter contra votum.

Non peccabit lethaliter contra paupertatis votum, quia solum in modo accipiendi pecunias delinquit, non in illarum receptione, quae ex voluntate superioris fit. At modus, supposita illa prima sententia, non est contra votum, sed contra regulam, quae ad peccatum non obligat. Ergo sic aliquis infert, qui fortasse probabiliter ait Palao 10. 3. d. 3. pun. 1. n. 3. ex prima illa sententia probabiliter id poterit inferre.

186
Lethaliter contra votum peccabit.

Lethaliter delinquit, etiam illius sententiae probabilitate supposita, quia non solum modus recipiendi pecuniam, sed etiam illius receptio est contra superioris voluntatem, superior enim licentiam impertit ad eleemosynae receptionem, & non ad receptionem stipendij, ita Palao ubi sup. Sanch. l. 7. Decal. c. 28. n. 7. Suar. t. 4. de Relig. tr. 10. l. 5. §. 3. n. 11.

187
Auctoritas
resolutio.

Existimo illationem illam, etiam sententia illa supposita, minime esse admittendam. Nam a superiore concessa est facultas ad recipiendam pecuniam gratis datam, non ex obligatione, igitur cum quis a Societate illud recipit stipendium sine vlla superioris licentia recepto. Ergo delinquit contra votum. Modos enim ille variat essentialiter receptionem, secus est in receptione pecuniae sponte oblata, vel petita.

DVBIUM XXXVIII.

Estne contra paupertatis votum, si quis Societatis Antonio obligetur, sacra peragere ea conditione, ut consanguineo eius stipendium concedat?

188
Est contra votum.

Contra votum est, quia non gratis, sed ob stipendium sacra ille facit quod est contrarium constitutionibus votum paupertatis declarantibus. praeterea ille absque superioris voluntate pecuniam acquirit, amque Antonio manu consanguineo impertit. Peccat ergo tum in acquisitione, tum in distributione, sic

Nauarra l. 3. de restit. c. 1. p. 3. dub. 2. n. 171 in secunda edit. Manu. 10. 3. 99. Regul. q. 29. a. 13. Sanch. l. 7. Decal. c. 28. n. 15.

Non est contra votum, quia votum nullatenus potest violari abique acceptione, retentione, vel distributione pecuniae: At Contra 189 in praesenti nulla est ex parte Religiosi tam est. necessaria acceptio, nullaque acceptae pecuniae distributio. Nam ob sacra ab eo celebrata haud recipit ille pecuniam, sed eius consanguineus: neque Antonius consanguineo tribuit illius nomine, esto ob eam causam tribuat: sicut si eam tribueret ob eius intercessionem: Ergo nullum adest aduersus votum paupertatis peccatum. Ita Casto Palao 1. 3. d. 3. pun. 1. n. 7.

Doctissimo, ac amicissimo adhaereo Doctori. Non enim obstat illi gratis sacrificia non agere, sed ob stipendium, quia voto paupertatis non obligatur sacrificia utique gratis facere: sed ita ut illorum causa ille stipendium non admittat. In admisione enim stipendij stat paupertatis violatio. Exam. gen. c. 1. n. 5. & p. 4. const. c. 7. n. 3. & p. 6. c. 2. n. 7.

DVBIUM XXXIX.

Si quis a Societate sacra ob stipendium fecit, & id retinet: teneturne, non lege iustitiae, sed vi voti paupertatis danti illud reddere?

Questio celeberrima est, an Societatis Religiosus teneatur stipendium restituere, si de facto accepit ob sacra aliaue Societatis spiritualia ministeria: Et quidem si sacra facta non sint, certum est, illum esse obligatum ex paupertatis voto stipendium reddere, quia illud nequit sub eo onere retinere, nec dum potuit admittit. Neque superior eam licentiam illi potest concedere, cum etiam Praeposito Generali interdicta sit facultas in hac parte dispensandi. Congregat. 5. decreto 21. Quid vero, si sacra quis fecit, ac retinet stipendium? Tenetur non lege iustitiae, sed vi voti illud reddere danti, nec potest superiori tradere, & in pios usus expendere, quia ex voto obligatur, ne stipendia pro sacris admittat: & consequenter nec admittit expendere. Debet igitur reddere danti, ut sic sacra censentur gratis esse facta, sic Sanch. l. 7. Decal. c. 18. n. 11.

Non tenetur id danti reddere, sed potest ex superioris facultate in pios usus expendere, Non tenetur, quia neque lege iustitiae, neque ex voto danti reddere obligatur. Non lege iustitiae, quia voluntati donantis sacris ab eo factis plenius satisfecit. Votum autem illum tantum obligat, ne pro sacris stipendium petat, neve illud admittat. At eo admissio, & sacris ob illud factis, non eum obligat votum, stipendium reddere: Cessat enim finis illius obligationis nempe, ut spiritualia gratis ministrarentur. Ita Nauarra l. 3. de restit. c. 1. p. 3. n. 179. & 180. Henricq. l. 9. de Euchar. c. 2. n. 3. pun. 11. nu. 9.

Hoc verius esse iudico. Nam si sacra, vel spiritualia quaeque Societatis ministeria ob stipendium acceptum gratis ministrata non fuere, quantumcumque ille stipendium reddat, facere non poterit ut censentur gratis fuisse ministrata. Ergo ex nullo capite tenetur ille danti stipendium reddere. Igitur id poterit ex

Secl. II. de Societate Iesu Dubia. 239

ex superioris voluntate in pios vsus expendere.

DVBIVM XL.

Quipost biennij vota contraxit (iniquè quidem) obligationem iustitiæ faciendi sacra ex stipendio accepto, debetne, Missas ex Religionis præscripto dicendas iis præferre?

195 *Nonnulla pramitto.*
Accepisti pro Missis dicendis stipendium, quod quidem haud potest restituere cōferenti, quia id cōsumpsisti: teneris proculdubio ex iustitia Missas pro illa intentione offerre, sed dubiū exsurgit, an debeas hæc sacra præferre sacris ex instituto debitis: Et quidē si eā obligationē cōtraxisti in sæculo, vel in nōnato, teneris ea sacra præferre sacris ex cōstitutione debitis, quia obligationē sacrorū ex instituto sibi cōpere nō potes in præiudiciū obligationis iustitiæ prins ortæ. Quæsierim verò, num, si post vota biennij hæc quis obligationē iustitiæ suscepit, debeat eas Missas, quorū stipendium accepit, nec potest restituere nullis ex Religionis præscripto dicendis præferre?

196 *Non debet præferre Missas ex stipendio.*
 Non debet, quia illis votis emissis ius Societas acquisivit in eius voluntatem, ut sacra in Religionē præscripta faceret, cui iuri nequit ex contractu à se inito derogare. Sic Sanch. l. 7. *De cal. c. 28. n. 23.*

197 *Missas ex obligatione stipendij debet præferre.*
 Debet quidem Missas ex obligatione stipendij accepti præferre, quia obligatio iustitiæ vtopotē gravior præferenda est obligationi de iustitiæ, & honestatis: At obligatio faciendi sacra à Religionē præscripta est obligatio tantum ex honestate, vel ad summū ex fidelitate: Ergo præferenda est illi stipendij accepti obligatio, quæ est planè iustitiæ. Ita palao 10. 3. d. 3. *pnn. 11. n. 11.*

198 *Hoc verius esse iudico, quia idem Sancius fatetur, inibi obligationem dicendi sacra ex præscripto Societatis esse ex honestate. Cōcedo itaque Societate ex biennij votis ius in tuam voluntatē acquirere, ut sacra in Ordine præscripta facias: sed hoc debet intelligi, ut facias quando liber à iustitiæ obligatione existis. Nam si non obstante Religionis iure cōtrahere potes obligationem iustitiæ ex stipendio (male quidem) accepto: signum est planè, hanc obligationem religionis obligationi esse præferendam.*

CAPVT XXIII.

Circa professionis invalidæ ratificationem, & Religiosi gestationem habitus.

DVBIVM XLI.

In Societate potestne esse ratificatio professionis, vel incorporationis invalidæ?

199 *Esse non potest rati.*
Esse non potest, quia modus ordinarius ratificandi professionem invalidam est tacita professionis emissio. At in socie-

tate non datur tacita professio; cum scriptis scatio superiori tradendis proferatur. Ergo nō potest *professionis*, else professionis, vel incorporationis invalidæ ratificatio, sic nonnulli.

Potest quidem, & vere est in societate professio, vel incorporationis invalidæ reparatio, quia hæc non solum iure antiquo, sed & novo. Trident. *sess. 25. c. 19. de Regularib.* taciturnitate quinquenonij approbata est in fauorem status Regularis, & in pacem, ac quietem Religiosorum, à quo iure Societas excepta nō est, nec excipi oportebat. Ita Suar. t. 4. *de Relig. tr. 10. l. 3. cap. 8. num. 5.*

Hoc plane dicendum. Cui non obstat, professio, seu incorporationē tacitam in Societate locum non habere. Nam hoc est verū de professione, seu incorporatione tacita, quæ primo ac per se sit scilicet vero quæ sit ad reparationem professionis, seu incorporationis invalidæ. Cum enim de hac reparatione nil societas disposuerit, & Tridentinum in suo generali decreto societatem non exceperit, sit planè voluisse eam comprehendere.

DVBIVM XLII.

Religiosi Societatis iam professi, quam non professi, si temerè habitum dimittant, incurruntne, & non incurrunt excommunicationem?

202 *Idimus scilicet 1. Religiosis interdictū esse reneratam habitus dimissionem sub Status pœna excommunicationis ipso facto incurrenda Cap. V. periculosa Ne clerici, vel Monachi in 6. Dilectitas autem est de Religiosis Societatis Iesu tã professi, quā nō professi nū si temerè habitū dimittant delinquāt lechallier & excommunicationē præfatam incurrat?*

203 *Non incurrunt. Quia Societas nullam specialem habitum habet, sed communem & vsui patriæ accommodatū. constit. p. 6. c. 2. n. 15. At præfato textu supponitur, professos dimittentes suæ Religionis habitum, specialem indumentum habere, quo à cæteris distinguatur. Aliàs ex illius depositione occasionem vagandi nō habebūt, si Sanch. l. 6. *De cal. c. 8. n. 70.**

Incurrunt quidē, sub illo decreto contenti, quia esto non habeant habitum vnicum, & specialem, quo vbiq; terrarū vti deberent: tamen tamen vti habitu honesto Clericorū illius regionis. Ergo si hunc dimittunt, & sæculari veste induunt, proprium suæ Religionis dimittunt habitum, ita Ferdin. à Castro, 3. d. 4. *de statu Relig. pnn. 6. n. 2.*

Hanc eligo probabiliorē sententiam. Nam si Societatis Religiosi sub illo Concilij decreto non cōprehenduntur, per se non cōmittent vllam culpam, temere habitū depolnentes, & inducentes sæcularem; cum iure naturali habitus Religiosi dimissio, stante firmo proposito non retrodendi ab statu prohibita non sit. Quod quidem durum est, & vagandi materiā latius aptā exhibet. Et licet textus de professis loquatur, id fecit gratia frequentioris vsus: & quia eo tempore nullus erat Religiosus à nominis distinctus, qui tacitè vel expresse professus non esset.

Ad

Ad Deiparam Dominam Meam, Epilogus.

IN Arca Noë olim Religiosus status adumbratus fuit, pluribus quidem securum receptaculum, nè in sæculari inundatione miserè deperirent. An non in typum tuæ ò Deiparens protectionis erga Religiosorum statum? Tu eis, qui contemplationis dulcedine intus torporantur, & qui foris proximorum vilitati incumbunt Arca es protectionis. Terrestrialium animalium species omnes in Arca Noë includebantur. At illa, quæ partim in mari, partim in terra nutriuntur, ut vituli marini, ac similia, vbinam ex illo communi naufragio euaserunt? Respondet D. Augustinus, aut quisquis ille est Auctor 1. *mirabilis Script.* cap. 5. *An etiam in Arca recto foris requies his esse aliqua valebat, quo latum & stabile spatium faciebat, ut quod intus manentes sine periculo conseruaret, etiam per profundum periculum nauigantibus refugium foret? Quasi vna illa Arca nullum à suo patrocinio animal remoueret. Capaciorem ò Virgo, sinum aperis ad omnes, qui in Religionis statum confugiunt, haud mundi in pelago perituri, siue in contemplationis requie intus versentur, siue foris ad proximorum salutem diuagentur: dummodo hi te implorent, te proculbudio faultricem, auxiliatricemque experientur. Parum verò esset Religiosos tuæ protectionis sinu recipere, nisi cunctis eorum spiritualibus ægitudinibus ad perfectionis cumulum obtinendum medicamina exponeres. Ait de Arca Noëmitica Eusebius Cæsar. l. 9. de præparat. Euang. cap. 4. *Nauis adhuc inuenitur in Armenia, cuius lingua remedium hominibus aduersus multos morbos mirabiliter afferunt.* Quo igitur tempore tuus in nos Virgo Sanctissima animus claudetur? Quando tua in nos perfectionis cursum agentibus minuetur beneuolentia? Haud dubium, quin ad propellendos spirituales morbos tua semper ex cœlestis Armeniæ vertice in nos pietatis ac misericordiæ viscera pateant.*

Laus Deo, Deipara, Iosepho, Ignatiò, Antonio,

R.P.